DE JUDICIO DUELLICO VULGO VOM KAMPF- UND KOLBENGERICHTE. - FRANCOFURTI (USW.) 1735

Ephraim Gerhard

Digitized by Google

Digitized by Google

151923-B

Digitized by Google

Digitized by Google

127. 9. 200.

EPHRAIMI GERHARDI
Phil. &. J. V. D. Aulæ ac Regim. Saxo-Vinarienſ.
Advoc. Ordin.

TRACTATIO JVRIDICA
DE
JVDICIO DVELLICO
vulgo, Vom
Kampf- und Kolben-Gerichte,

Occaſione art. LXIII. L. I. jur. prov. Saxon.

FRANCOF. & LIPSIÆ. 1735.

Digitized by Google



Digitized by Google

PRÆFATIO.

AD LECTOREM.

QVamvis actum agere, Iliadaque post Homerum scribere videamur, qui materiam dudum ab aliis, quod videri posset, plane exhaustam argumenti loco selegerimus, tamen omnino nos spes non destituit, fore, ut nec hic labor fructu suo careat, nec omnia aliorum ingeniis debere dicamur. Sane, si de Scriptoribus, quicunque tandem sint, duellicis nostrum proferre licet judicium, alio atque alio quilibet instituto rem pertractavit. Sic qui ad Longobardorum inprimis mores atque eorum abrogationem per Pontifices factam respexerunt, vel etiam jus Romanum Quæstionibus eo pertinentibus applicare conati fuerunt, ex Italis & Gallis plerique sunt, e quibus mihi quidem videre licuit ANDR. ALCIATVM *de singulari certamine*, (qui liber partim Tractatibus Tractatuum, partim Tomo Operum Alciati III. insertus, tum etiam separatim Lugduni 1543 in 8. recusus est.) LVCAM FLORONVM DE SOLORALO, *de probibitione duelli*, Venet. 1610. in 4. *Tractatum de Duello, in quo quicquid ab utroque*

jure,

jure, a Sacro Concilio Tridentino, a ſummis Pontificibus de duello ſancitum eſt, præcipue vero Conſtit. Clementis VIII. Pontif. Max. accuratiſſime explicatur, auctore ALEXANDRO PEREGRINO, *Capuano, ex ordine Cler. Regul.* Venet. 1614. in 4. Pertinet huc maxime GREG. CARAFAE *de Monomachia ſeu duello, Opus Theologicum Morale*, Romæ, nitidiſſimis illud typis excudente Mascardo, 3647. in fol. Plures qui videre vult adeat, præter citatos in ipſa diſſertatione, LIPENIVM *in Bibliotheca Iuridica* voce *Duellum*. Cæterum, quæ extant ea de re MIRANDVLANI, SALVARO, OLIVERII MARKANI, ANDR. STENGHELSTRVPII, VFFELMANNI, MVTII, FRIEDLIBII, aliorumque ſcripta, ea mihi aſpicere nondum contigit; uti nec NICOL. VPTONI, Canonici Sarisburienſis, *de Studio militari* opera uti licuit, qui L. II. cap. 3. 4 5. 6. 7. ſingularia multa duellorum continet. E Germanis maxime hic appellandus HENR. BOCERVS qui in tractatu *de bello & duello*, Tubingæ anno 1616. in 8. edit. L. II. cap. I. de duello judiciali, quamvis breviter tantum agit, cujus tamen tractatus de *jure pugnæ*, qui Tubingæ 1691. in 4. prodiit, ab illo plane non eſt diverſus, ſed mutato ſaltim titulo recuſus. Idem eodem tempore negotium ſuſcepit, AVG. VISCHERVS, in tractatibus duobus, quorum prior *de duello proviſo*, alter *de improviſo* audit, Jenæ 1617. in 8. qui tamen in eo cenſuram meretur, quod non ſuo ſed alieno cortice navigaverit, dum Diſput. IO. MICH. BEVTHERI *de duello* Argentorati 1609. habitam; integram de verbo

bo ad verbulum exſcripſit, nihilque præſtitit, niſi quod notis aliquibus autorumque, falſis licet plerumque, citatis auxerit, non quidem plane ſuppreſſo, obiter tamen tantum citato BEVTHERI nomine, ut taceam, quam minus apte ſupra dictorum hic veſtigia premens, jus Romanum fictis quæſtionibus circa ipſum pugnandi modum &c. applicando operam atque oleum perdiderit. Melioris notæ ſunt Diſcurſus Academici, hic hiſtorico politicus, alter moralis; quos tum ANDR. RIVINVS, *de Duello* anno 1649. tum IAC. THOMASIVS *de duellorum diverſi generis moralitate* 1671. Lipſiæ publicarunt. Propius tamen argumentum noſtrum tangit, elegans SAM. RACHELII tractatus *de Duellis;* quem inſtar diſputationis ſub Præſidio ERICI MAVRITII habitæ ejusdem Opuſculis inſertum in venies; itemque CHRIST. EBELINGII *tractatus de provocatione ad judicium Dei*, Lemgov. 1609. in 4. qui integro capite tertio *de judicio duellico* agit. Nec non diſſertationes quatuor: prima LAVR. RANCKII, *de duellis eorumque natura & jure* Franeq. 1659. ſecunda M. EBERH. RVDOL. ROTHII, *de antiquiſſimo illo more, quo Veteres innocentiam ſuam per duella probare nitebantur*, in Gymnaſ. Vlmenſi anno 1678. tertia IOACH. IO. MADERI *de Duello, ut Judicii quondam ſpecie*, Helmſt. 1679. quarta FRIDER. SCHRAGII, *de Monomachia*, Argentor. 1682. habitæ; quorum ſane conſpectus facile, ne hanc noſtram publicæ luci daremus, efficere potuiſſet. Nihilominus tamen haud veriti ſumus, & noſtrum hoc antiquitatis juridicæ ſpecimen,

Digitized by Google

quamvis de eadem materia, Tibi, benevole Lector, fistere: partim quod multa nobis relicta viderentur, quæ citatis autoribus indicta manserant, partim, quod moralitatem ejusdem, non ubique, uti debebat, expensam fuisse visum fuerit. Vbi tamen sancte testamur, nos minime immaturo novaturiendi zelo, aut auræ popularis captandæ gratia, sed solo rei inquirendæ studio eo adactos fuisse. Scilicet observabatur animo insignis ex antiquitatum Germanicarum studio capiendæ utilitas, quod uti communiter alias negligitur, ita sane non proletariam meretur industriam. Hinc cum hujus inprimis studii commendatorem, pro eo, quo in me est, favore, in Consultissimo Domino Præside habuerim, ipseque eo nova Speculatoris Saxonici pariter & Suevici, cui nunc operam impendit, editione allaboret, occasione textus dissertationi nostræ præfixi præsentem *de duello, ut Iudicii quondam Specie*, perquisitionem tentavi. Neque vero hic legem compendii transgredi aut potui, aut volui, cum crescentem sub manibus materiam paucarum pagellarum spatium non caperet; ampliorem interim hac de re Commentationem integro, si Deus vires concesserit, Tractatui reservans. Tu igitur, benevole Lector, præsenti, quantum illum tenues admodum facultatis vires præstare permiserunt, labore ex animo fruere, atque nostrum conamen tibique inserviendi studium commendatum habe.

CAPVT. I.

Digitized by Google

CAPVT I.

De modo & moralitate Iudicii duellici generatim.

Conspectus Capitis.

§. I. *Quid hic sub nomine Judicii duellici intelligatur.* §. II. *Quantum differat a Faidis & diffidationibus.* §. III. *itemque a duellis nostri temporis & bellis privatis.* §. IV. *Esse modum probandi.* §. V. *Modus procedendi sistitur.* §. VI. *Diversa duelli genera recensentur.* §. VII. *Majorem ejus fuisse usum in purgando quam in asserendo.* §. VIII. *Interim tamen & hic usurpatum fuisse.* §. IX. *Moralitas ejus aliter ex puncto juris aliter ex prudentiæ regulis dijudicanda.* §. X. *An repugnaverit juri naturali.* §. XI. *An & quatenus pugnet cum Christiano cultu.* §. XII. *Cur displicuerit Pontificibus Romanis* §. XIII. *An nocuerit Reip.* §. XIV. *An vero prodesse potuerit.* §. XV. *An sit medium veritati inveniendæ aptum.* §. XVI. *Quantum hoc præstet purgatio Canonica & Tortura.*

Digitized by Google

§. I.

DE Judicio Duellico, quod ut antiquitate abſtruſiſſima fundatur; ita ſpecierum diverſitate multiplex atque varium exiſtit, diſſerturis prima omnino cura eſſe debet, quo Lectori pateat, quid nobis, in præſenti, quam aggredimur, contemplatione ſub nomine Judicii duellici veniat. Neutiquam vero, ut communiter alias fieri ſolet, evolutioni & variæ acceptioni nominis nimium ſpatii tribuemus, exiſtimantes, ſi de re conſtiterit, de vocibus facile conventurum. Atque ſic non prolixe inveſtigabimus, an duellum derivandum ſit a bello, quaſi diceres duorum bellum, quoniam inter duos tantum primum fuerit bellum, quod exiſtimat JVL. CAES. SCALIGER, (a) nec an certatio duarum partium duellum vocari poſſit, quod affirmat VISCHERVS (b) & quæ ſunt reliqua. (c) Id ſolum hic negotii nobis erit, ut oſtendamus, quomodo judicium, quod hic intendimus, duellicum a ratione reliquorum, quibus pariter ſua juſtitiæ, ut in bello

(a) *L. III. Poeticis Cap. 90.* edit. in fol. de anno 1561. p. 142.

(b) *de Duello* p. 510.

(c) quæ videantur apud VARRONEM L. VI. de lingv. lat. edit. quæ cum Coniectaneis IOS. SCALIGERI 1581. in octavo prod. p. 20. 74. GROTIVM *de Jur. Bell. & Pacis.* L. I. c. I. §. 2. n. 2. BECHMANNVM *de Origin. Lat. Lingu.* voce Bellum VOSSIVM

Digitized by Google

bello publico, fortitudinis, ut in rixa & subsequuta digladiatione, violentiæ, ut in latrocinio & rapina, ostendationis virum & celeritatis, ut in Spectaculo &c. constitit probatio, separatum velimus. Enim vero nihil hic aliud proponere animus est, nisi formam & justitiam Judicii, quo, deficientibus aliis sufficientibus indiciis, per duellum, autoritate judicis susceptum, rei, de cujus veritate aut justitia nondum plene constiterat, probatio instituebatur. Adeo, ut illud sic recte cum FRANCISCO HOTMANNO (d) definitum putemus, quod sit: *Duorum concertatio, ea lege instituta, ut ex ipsius eventu de re ambigua dijudicetur.*

§. 11.

Verum, ne cuipiam ea quæ iisdem pene, quibus judicium duelli temporibus usitata fuit inimicum animum declarandi ratio, quæque communiter sub Faidorum aut Diffidationum nomine venit, (germ. Befehdungen) scrupulum moveat, paucis differentiam eorum indagabimus. Erat autem Diffidatio, prout eam BOCERVS (a) definivit, *denunciatio animi hostilis, qua quis alii cuipiam significat, se eum armis, igne, spoliis, rapinis persequuturum.* A

 pri-

---

in Etymologico, eadem voce, edit. Amst. 1662. fol. 69. SALMASIVM *Plinian. Exercit. in Solinum* p. 676. VORSTIVM *de latin. falsal. mer. susp.* Cap. XIV. p. 110. sqq. BOCERVM *de Duello* p. 10. 11.

(d) *Disputat. Feudali.* Oper. quæ anno 1599. in fol. prodiere Tom. II. Cap. XLII. p. 897. lit. C.

(a) in tractatu *de crimine diffidationis, prædationis, latrocinii*

prima ſcilicet inde Germanorum ætate, quod a Tacito jam commemoratum eſt, hic ubivis mos invaluerat, ut & amicitias & inimicitias communes haberent; hinc eadem ad Francos conſuetudo devoluta erat, ut de rebus controverſis manu potius & privatis conflictibus quam coram judicio Sententia lata experirentur. (b) Quod etiam malum tantas Succeſſu temporis vires ſumſit, ut non obſtante graviſſima Imperatorum & Regum Francicorum cura totam Germaniam invaſerit; hinc Imperatores non uno ictu Hydram hanc Lernæam interficiendam exiſtimantes, variis remediis eo laborarunt, ut ſucceſſive ad æquitatis & juſtitiæ regulam peſſimum hunc morem redigerent, (c) donec Maximilianus I. Patris Friderici III.

& incendii. Tubingæ. 8vo Cap. I. n. 4. p. 6. ſqq. cum quo majoris dilucidationis cauſa conf. Vratislaviæ JCtus IO. GOD. BAVARO in diſſ. *de Scopeliſmo* anno 1705. Franc. ad Viadr. habit. Cap. II. §. II. XVIII.

(b) Hinc de ſuis adhuc temporibus Seculo ſc. XV. P. de ANNELLO, Canonicus Colmarienſis, *de Imperio Romano* L. II. c. 16. conqueritur: *Eo res redacta eſt, ut non modo vi oppreſſus vix judicem, ad quem recurrat, inveniat; ſed & dum poſt longos laborum circuitus, vix tandem judicem obtinere contigerit, deſuit tamen plerumque qui res judicatas executioni mandare velit, aut poſſit. Hinc jam patria continuis diffidationibus exagitatur, &c.*

(c) Pertinet huc Conſtitutio FRIDERICI II. *Imp. in Conſtit. anni 1236.* cap. IV. RVDOLPHI de anno 1187. apud LEHMANNVM *in Chronico Spirenſi* L. V. c. 108. fol. 627. ipſaque CAROLI IV. *bulla* quam *aurea* dicunt, c. XII. ap. SCHILTERVM *in Inſtit. J. P. Tom. II.* p. 171. vel. c. XVII. ap. GOLDASTVM.

Digitized by Google

III. qui ob ſuſcipiendam expeditionem Turcicam omnia in Germania tuta relinquere contendebat, in eo etiam veſtigia premeret, & conſtitutione Pacis Wormatienſi de anno 1495. (d) omnes diffidationes, ſimulque das Fauſt- und Kolben-Recht penitus tolleret. Et ſane non parum Germaniam hæc juris vindicandi ratio premebat, quippe dum malevoli homines cauſam ſuam injuſtam quoquo modo prætexere ſtuderent, id quod in primis fiebat datis literis diffidatoriis, ut vocant; (e) quas inſpiciens ſæpe invenias vel leviſſimæ fortis homines Summis Prin-

---

Conſt. Imp. Tom. I. p. 362. Conf. Idem Tom. II. der Reichs-Satzungen pag. 28. & pag. 144. it. Tom. I. pag. 169. nec non pluribus DATTIVS *de Pace Imperii publica* L. I. cap. XV. per tot.

(d) de qua vid. laudatus auctor L. III. c. 1. & L. V. c. 1. per tot.

(e) quarum exemplar curioſo Lectorii ex authentico benevolo nobiſcum communicato exhibere volumus, quod ita ſe habet: Hochgeborner Furſt und Herre Wilhelm Hertzog zu Sachſſen, Lantgraff in Doringen, und Margrave zu Meiſſen wiſſet: das wir nachgeſchribene Heinrich Pflug Heinrich von Maltitz Ritter euwer und uwer Lande furud ſeyn wollen, umb des Hochgebornen Furſten und Hrn. Hrn. Friedrichs Hertzog zu Sachſen Lantgrave in Doringen und Margraff in Miſſen Vnſers Gnedigen Hrn Willen, und wollen des unſer ere gen euch und alle den euwrn in diſſen unſerm Brive wol bewart haben, und dorfften wir einicherley Bewerung mer gen euch oder den euwrn die wollen wir hiermit auch gethan haben, und ziehen vns deß in des obgnten Vnſers Gnedigen Hrn Friede und Vnfriede geben vnder Ortens

cipibus inimicitiam declarare ausos fuisse. (f) Ex allata interim superius definitione collata cum ista, quam §. præcedenti de nostro iudicio dedimus, facile eruere est notabilem, quæ inter Faidum & duellum intercedit, differentiam. Constituit autem eandem ab una parte denunciatio animi hostilis, ab altera realis jam partium concertatio; inprimis autem ita diffidationibus contradistinguitur, ut hæ proprio ausu, incerta quandoque læsione prævia armis, igne & rapinis persequutæ, illa coram judice eum in finem instituta sint, quo rei dubiæ veritas pateſcat; ut multas alias differentias ratione modi pœnæque in illud constitutæ silentio præteream.

§. III.

Minime etiam hoc nostrum duellum confundendum est cum illo, quod hodienum homines vesani, temerario ausu putatitiæ gloriæ & famæ læsæ recuperandæ ergo suscipiunt; (a) quorum frequentiori exercitio cum per Constitutiones Principum, quotquot non solum Germania, sed & Europa fere universa

„Spigels Insigl. deß wir itzund gebruchen am Montag nach „Sent Anthon Abend.

(f) quales de pistoribus Imperiali Augustæ Vindelicorum civitati faidum indicantibus habet BOCERVS *d. tract. p. 13. sqq.* unde non immerito de hac licentia conqueritur Vir de rebus patriis optime meritus IO. JOACH. MULLERVS Im Reichs-Tags-Staat Cap. 17. de Comitiis Norimbergensibus de anno 1501. p. 168. sqq.

(a) Ex innumero eorum numero qui hæcce duella improbarunt, rem theologice, philosophice & politice tractatam invenies in UFFELMANNI integro tractatu *de Duello*, HERE-

versa complectitur, obices poenis gravissimis & capitalibus in illa constitutis satis sint positi, nihil nunc amplius de eo commemoramus, quamvis proh Deum! tristissima harum dimicationum exempla abunde prostent. (b) Sufficit hic differentiam notasse, quod nostra nunquam sine autoritate judicis, haec semper clam aut minimum contraria ejusdem voluntate suscepta: haec probationis & veritatis investigandae, illa putatitiae gloriae vindicandae gratia instituta sint. Majori tamen cura judicium nostrum duellicum sive bellicum a bellis privatis distingui debet. Haec enim licet in ipso dimicationis actu aliquantum convenire videantur, longe tamen ab invicem sunt diversa. De his verissime GROTIVS: (c) *Vbi Judicia deficiunt, ibi incipit bellum; & alii:* (d) *Bellum privatum locum habet, ubi cessat judicium, adeoque vel momentanee vel continue cessat,* (e) semper bello privato erit locus, huic vero nunquam nisi specialiter a judice permissio-

---

BORDO *Exerc. 35. Thes. V. VI. p. 140. a & JAC. MASENIO in Utili Curiositate c. 16. p. 302. 324. de Duellis.*

(b) Conatur equidem *VASQVIVS Controv. Illustr. L. III. c. 49. per similitudinem rationis Legis Graecbi C. ad L. Jul. de adult. ostendere, quod uti marito licitum sit adulterum interficere, ita & injuriato permissum esse duello cum injuriante decertare, quia rari forent, qui tamen dolorem ferre possint, ut ibi inquit Lex*, verum quam debili fundamento & vanis rationibus utatur vid. pluribus ib. c. 49. fere per tot. ubi vel sibi ipsi contrarius est L. 1. c. 12. p. 135.

(c) *de J. B. & P. L. II. C. I. §. 2. n. 2.*

(d) *L. I. c. III. §. 2. n. 1.*

(e) prout distinguit GROTIVS ib.

missio fiat. Hæc veritatis aut juris aut facti ignorantia latentis, indagationem propositam habebant, illa longe alium finem injuriæ scilicet illatæ reparationem vel inferendæ prohibitionem respiciunt.

§. IV.

Prout nimirum variis olim modis res in judicium deductæ probabantur, jamque probatio per ignem, (a) idque ferri candentis (b) prehensione, laminarumve ignitarum tractatione, inprimis pro defensione pudicitiæ, & servatæ fidei conjugalis demonstratione; per aquam, (c) tum frigidam, ut hodienum passim in sagarum inquisitionibus, tum calidam, ut in aliis casibus instituebatur; ita non minus per duellum ambiguæ dispensationes, quæ ordinario judicio terminari non poterant dirimebantur. Veniebat hic modus probandi specialiter nomine judicii divini, uti illud textus Feudorum II. 27. non solum ab humano, sed etiam ab illo, quod per Sacramentales fit, distinguit; *cum alias utraque purgatio, & quæ Sacramento mediante,*

&

(a) Vid. M. CASP. LOESCHERI *de probatione Rerum dubiarum per ignem factæ*, Lipſ. 1665. habita Diſp.

(b) Vid. Diſp. BERNH. RVD. ROTHII, de more quo rei olim apud plerosque Europæos populos per ferrum candens, ardentes prunas, rogumque probantur. Vlmæ 1676.

(c) de quo videat. peculiaris Diſſ. M. EBERH. RVD. ROTH. *de antiquiſſimo illo more; quo veteres reorum innocentiam culpamve per aquam ferventem ac frigidam probare ſolebant.* Vlmæ 1680. itemque Diſp. *de probatione rerum dubiarum per aquam facta* ſub Præſ. M. IOH. SCHMIDII Lipſ. 1685. habita.

Digitized by Google

& quæ more Longobardico, ad quem hic textus respicit, rudioribus istis Seculis Duello, & per ignitos vomeres susceptæ est, divinorum judiciorum complexu includeretur, quod observat DATTIVS. (b)

§. V.

Non abs re erit brevi Schemate hic totam hujus judicii rationem ante oculos ponere. Adoriebatur scilicet pars læsa judicem, atque de injuria sibi illata conquerebatur, (a) Si reus factum negabat, judex deficientibus omnibus aliis probatio-

(b) *de Pace Imperii publica* fol. 6. vide tamen RITTERSHVSIVM *Part. Feud. Cap. X. n. 38. p. 593.*

(a) Formam libelli quo antiquitus duellantes judicem adeuntes usi fuerunt, suggerit D. HERM. de BARE de *formandis libellis* lib. 57. quem vide *in tractatu tractatuum* edit. quæ anno 1535. forma regali prd. f. 158. quem non possum non ob Stilum Curiæ istis temporibus usitatum hic adscribere. *Domine Judex &c. Ego Petrus &c. Quod Martinus hic præsens est falsus & proditor, qui perditionaliter rapuit mihi quendam equum pili mauri, stellatum in fronte, quod si ipse confiteatur, peto ipsum condemnari super predicta rapina, ut raptorem. Si autem hoc neget, ego per pugnam armis paribus sumtis a me & ab eo faciam eum confiteri palam per os suum in campo nobis per vos assignando, vel reddam eum victum vel mortuum in dicto campo. Et super dicta pugna pignus meum, vel chyrothecas meas hic in medio in præsentia vestra offero & reddo, & promitto me juraturum in introitu campi per vos nobis ad certamen seu ad dictam pugnam assignando, quod ego non habeo herbas nec breves conjura-*

Digitized by Google

bationibus (b) dimicationem concedebat. Campus (c) hinc planus, ſoli & pulveri non expoſitus (d) eligebatur, quem termino præfixo ingrediebantur.

---

torias, vel alia quæ maleficia vel faſcinationes pariant, vel parturiant quoquo modo. Et quod tunc Martinus juret ſimiliter illud item & peto per vos Dominum judicem. Si Martinus prædictam rapinam neget, declarari & judicari pugnam poſſe & debere eſſe & fieri ex prædicta cauſa inter me & eum, & ipſum ſententialiter condemnari ad ſubeundam pugnam mecum ex prædicta cauſa, ut ſuper prædicta rapina poſſit per pugnam veritas inveniri.

(b) Ita AVTOR VETVS *de Beneficiis* in THOMASII *Selectis Feud. §. 100. Tamen judicium Dei non eſt licitum adhiberi per ullam cauſam, niſi cujus veritas per juſtitiam non poteſt aliter reperiri, hoc terminabitur judicio Dei.*

(c) Quantæ hic debuerit eſſe capedinis, generaliter conſtitutum non eſt, nec adeo refert, legimus tamen im Schwaben Spiegel *L. 1. c. 170.* Einen Ring ſoll man machen, der ſoll 20. „ Schuh oder 25. Schuh weit ſeyn, nach des Landes Gewohn- „ heit. A. CLAVDIVS LA SALE in tract. *de Duello: Monomachiæ locus*, inquit, *habere debet in longitudinem centum viginti paſſus, in latitudine octoginta.* De conſuetudine in regno Arragoniæ & Caſtellæ vid. CAMERARIVS *Horar. Succiſ. Cent. II. c. 21.*

(d) Cauſam hoc naturalem habet, ne ſcilicet Sol oculorum aciem obfuſcet, aut ventus vires debiles reddat, atque ita di- „ ſponitur im Schwaben Spiegel L. I. c. 171. Die Sunnen „ ſoll man ihn mittheilen gleich, ſo ſie erſt zuſammen gondt; itemque im Sachſen Spiegel. Vid. Landrecht Lib. I. Art. LXIII.

Digitized by Google

diebantur Duellantes, (e) Conſiliarii, (f) Patrini, (g) Campiones, (h) & qui alias victores in ſingulari certamine fuerant; ubi præſtito prius juramento innocentiæ armisque æqualiter diviſis, tam diu vario Marte pugnatum, (i) donec pars victrix extitiſſet,

(e) Hunc in finem Scenæ altiores Sublimiorque Judici erigebatur Sedes, ubi finem duelli expectare debebat. IOHAN. de LIGNANO *de duello*, §. 7. n. 8. quem vide in tract. PH. CAMERARIVS d. c. 21. Præſentiam judicis de neceſſitate fuiſſe arguit SPECVL. SAXON. *L. I. art. LXIII. verb.* „Der Kleger ſoll vorerſten in den Ring kommen, ob der ander „zu lange ſäumet, der Richter ſoll ihn laſſen vorheiſchen, etc. „Und der Richter ſoll ihn richten, als er ihn überwunden hatte „mit Kampffe.

(f) Vt cum iis de eventu pugnæ & victoriæ judicare poſſit. Vid. P. GREG. THOLOSANVS *in Synt. Jur. Univerſ.* P. III. L. 48. c. 16. per tot.

(g) Quorum officium erat, ut æqualitatem armorum obſervent, Stadium recte conſtitui curent, caveant ne certaturi fraude & malis artibus utantur, & ſimilia apud Camerarium c. I.

(h) Hi Advocati, Vicarii, Optiones pugnæ paſſim nominantur, quippe qui in caſibus jure definitis loco principalium perſonarum certamen inibant. Vid. HOTTOMANNVS in Diſp. feud. c. 45. ALCIATVS *de ſing. certamine* p. 24. edit. Lugd. 1543. in 8vo. Quos eosdem fuiſſe putem, quos veteri idiomate Warner, Luſſner, Griſſwerthel &c. appellatos paſſim. invenimus. Vid. Ordnung des Kampff-Gerichts zu Nürnberg ap. GOLDAST. in Reichs-Satzungen Tom. II. p. 85.

(i) Populus interea per Fecialem admonitus ſilentium præſtare tenebatur, de quo ſic im Schwaben-Spiegel L. „I. c. 171. Man ſoll den Leuten Friede gebieten bey dem Halſe,

Digitized by Google

& sic victa pro reo haberetur, causaque caderet. (k)

§. VI.

Causæ duellorum licite suscipiendorum pro diversitate jurium maxime variæ existebant. Sic Jure antiquo Longobardorum erant vel Ecclesiasticæ, (a) vel Seculares, hæque iterum vel publicæ vel privatæ. (b) Aptime rem expediemus, si distinctionem BODERI

„und das Sie niemand irre am Kampffe. Conf. Sächs. Landr. *L. I. art. LXIII.*

(k) Non displicebit vnico exemplo & quidem singulari hunc modum procedendi confirmare ex LEHMANNI *Chron. „Spirens.* c. 30. Wenn man denn das Gericht besessen, haben „die Partheyen sich eingestellet, und angelobet, daß ein jeder sei„ne Gerechtigkeit an dem streitigen Orte mit dem Schwerdt ge„gen seinen Gegentheil wolle ausfechten. Wann sie nun sich „dazu wie bräuchlich mit einem Schild und Schwerdt ausgerü„stet, hat man den verwahrten Grund (de quo quæstio, & cu„jus pars manipula apud Judicem servabatur) auf'm Platze in „der Mitte geleget, welchen die Kämpffer jeder mit seinem „Schwerdt zuförderst berühret, und darneben GOtt angeruf„fen, daß er dem, der die Gerechtigkeit für sich hätte, den Sieg „wolle geben. Welcher den Kampff erhalten, dem hat man das „Guth zugesprochen, der andere Theil hat den Unfug mit Gelde „gebüsset und abgetragen.

(a) Ejusmodi Legem OTTO IV. Imp. consentiente Summo Pontifice Johanne XIII. in Italia promulgavit, vi cujus Ecclesiæ controversiam cum adversario duello dirimere licuit. Vid. HOTMAN. pag. 900. & RITTERSHVSIVS *Part. Feud. cap. 10. p. 582.*

(b) Quam ita distinctionem facit VISCHERVS pag. 193. sqq.

CERI (c) in judiciale & extrajudiciale amplectamur. Priori significatu nostrum facimus duellum, ad posterius omnia impropria duellorum genera referimus. Sic huc pertinent duella finiendi belli causa, (d) aut per Summos Imperii Exercitusve Principes, (e) aut Duces (f) vel gregarios milites, illosque vel singulos vel plures inita; quo etiam spectant Duella auguralia, (g) uti & ad hoc genus referenda

 sunt

(c) *in tractatu de bello & duello* cap. 11. de duell. divis. pag. 269. *& de jure pugnæ* 1591. in 4to.

(d) Cujus rei ut innumera exempla, ita unicum Tulli Hostilii cum Albanis præstantius est, quod FLORVS *L. I. c. III. n. 3. sqq.* ita refert: *Quum pari robore frequentibusque præliis utrique comminuerentur, misso in compendium bello, Horatiis Curiatisque tergeminis hinc atque inde fratribus, utriusque populi fata permissa sunt.* Prolixius vero LIVIVS *L. I. edit. Basil.* 1535. fol. p. 14. sqq. Vid. etiam GROTIVS, qui de Peloponneso Hyllum & Echemum, de Regione ad Inachum Hyperochum & Phemium certasse refert de J. B. & P. L. II. cap. 23. n. 10.

(e) de quo vid. dissertationes Celeberrimi Dn. JO. JAC. MULLERI *de Duellis Principum*, Jenæ & ante eum JO. JOACH. ZENTGRAFII Argentorati habitæ, quo me refero.

(f) Qualem pugnam Erygii, Ducis Alexandri, & Satibarzanis transfugæ describit eleganter CVRTIVS *L. VII. c. 4. circ. fin.* Sic notum est ex LIVIO & CLAVDIANO de *IV. Honorii Augusti Consulatu*, quod Torquatus Romanorum Dux, quum singularia certamina inter suos milites & hostes interdixisset sub pœna mortis, & ipsius filius cum hoste duello pugnasset, victorque extitisset, a patre præmii loco capite damnatus fuit.

(g) Sic PLVTARCHVS *in vita Alexandri* recenset eum ex

ſunt Duella in Torneamentis (h) & Spectaculis a Nobilibus exhibitis uſitata, & illa quæ a privatis in pugilatu (i) exhibebantur; duellum enim ulciſcendi cauſa deliberato ſuſceptum ad neutrum genus pertinet, ſupraque jam remotum eſt. Sive igitur crimen publicum patratum, aut privata injuria illata, omne hoc prius judiciale genus concernet.

§. VII.

Vtrumque autem genus ſi reſpiciamus, caſusque rite ſedaremus, invenimus, frequentiorem hujus judicii uſum in purgando, quam in aſſerendo fuiſſe. Nec aliter res ſeſe habere poterat: in aſſertione enim rarius quam in purgatione probationes deficie-

---

ludicro certamine Ducum duorum, altero Alexandri, altero Darii nomen fictitie gerente felix omen victoriæ contra Darium ſumpſiſſe. Similes conjecturas factas eſſe a Narſete, referente PROCOPIO, narrat CAMERARIVS *cap. 19.* nec non TACITVS de *Moribus Germanorum cap.* 19. quo teſte *intercepti ab hoſtibus & populares armis pro præjudicio comittebantur.*

(h) Horum auctorem alii faciunt Henricum Aucupem, alii negant. Vide BRVNNERVM *Annal. Boic.* L. VII. p. 425. FABRICIVM *Originum Saxonic.* L. II. pag. 122. cujus loci notitiam debemus RVPERTO in Obſerv. ad Vellejum L. VIII. §. 1. pag. 54. DRESSERVM in Sächſ. Chronico p. 93. SPANGENBERGIVM *in Chronico Mansfeldenſi* Cap. CXXV. f. 119. ſqq. quibus ſe opponit LIMNAEVS Vl. 4. 10. p. 107. 108, itemque Vl. 5. 133. p. 171. Vid. Diſp. Cl. *Burc. Gott. Struvii de ludis equeſtribus.*

(i) Qui inprimis in Regnis Aquilonaribus in uſu erat, unde illorum pugilum conditiones vide apud ARNGRINVM IONAM *Rerum Islandicarum* L. 9, & Sveços quod attidet RENHIELM *ad Thorſtens Sagam.*

Digitized by Google

ficiebant, cum istæ instrumentis pactisque initis optime demonstrari poterant, de facto vero rarissime constaret, hinc ejus ignoratiam non nisi hoc modo probari posse arbitrabatur. Vti hoc etiam fundamento differentiam niti inter probationem facti & juris existimo, ita ut prior ad purgationem, hæc vero ad assertionem pertineat.

§. VIII.

Interim licet, prout diximus, usus ejus potissimum in purgando extiterit, tamen etiam in casibus eo pertinentibus necesse habemus aliquem statuere, qui alterum criminis alicujus reum asseruerit, & alium, qui de objecto crimine se purgaverit. Imo etiam hoc non considerato casus tamen invenimus, in quibus utraque pars sibi potissimum aliquid asserere laboravit. Ex innumeris exemplis unicum famosissimum adducere placet, quod sub Othone I. Imperatore contigit, ubi inter patruum & nepotem Regium lis orta est de jure primogenituræ in regno, quod uterque sibi asserere contendebat; *hinc Otho existimans non posse de jure responderi, magis pro uno quam pro altero, voluit eam determinari per duellum judicio gladiatorio, & sic fuit factum juxta Trevirim, præsente ipso Othone Imperatore, una cum Baronibus suis, & nepos in gemina pugna vicit, & fuit existimatum ex Dei voluntate evenisse*, (verba sunt SIGISM. SCACCIAE.) (a) Tale quoque duellum pro hereditate asserenda ex

(a) *L. II. de judic. c. 9.* edit. Franc. in fol. pag. 487. num. 1711. 1712.

ex Alemannorum consuetudine susceptum fuisse videre est in *Lege Alemannorum* admodum notabili. (b)

§. IX.

Moralitatem jam hujus Judicii quod attinet, in eo omnes, qui unquam hac de materia aliquid scriptum reliquerunt, quosve mihi quidem videre contigit, in eo inquam omnes sunt, ut nigro lapillo atroque carbone hunc ipsum probandi modum notent, jamque *plusquam ferinam, & ab omni humanitate, nedum a Christianis moribus abhorrentem probandi juris rationem*, (a) *jus injustissimum*, (b) *nefandum morem*, (c) *damnabilem opinionem*, (d) *immanem*

(b) cap. LV. MELCH. GOLDAST. *rerum alemann. Tom. II. p. 25.* conf. LVITPRAND. L. VI. c. 6. & BESOLDVM *in hist. synopt* c. 18.

(a) Illustris is est COCCEIVS, Antecessor Academ. Francofurt. celeberrimus, Præceptor olim meus summe venerandus, *Disp. de probatione feudali. Cap. II. §. 1.*

(b) Ibid. §. 3.

(c) ibidem §. 6.

(d) Ita illud appellat AGOBARDVS, Lugdunensium Episcopus, qui duo Opuscula contra illud scripsit, unum ad Ludovicum Imperatorem, sub tit: *Adversus Legem Gundebadam* (hoc enim nomine antiquitus veniebat) *& impia certamina &c.* alterum *de impietate duelli, S. divinas, i. e. ex scriptura desumtas Sententias continens liber, cum brevissimis annotationibus contra damnabilem opinionem putantium divini judicii veritatem igne vel aqua vel conflictu armorum patefieri.* Quorum operum editionem cum aliis Leudradi & Amulonis, Archiepiscoporum Lugdunensium Opusculis, ex MSCto Regio correctiorem Illustri BALVTZIO debemus, qui illa Parisiis anno 1666. in octavo publicavit, postquam MASSONVS, Vir Antiquitatum

Digitized by Google

nem ac truculentam legem (e) *vocitent.* Abſit equidem ut tantorum Virorum autoritati quicquam derogatum velimus, imo magis abſit, ut hunc probandi modum ab omni prorſus injuſtitia liberandum, aut in fora noſtra recipiendum cenſeamus; Meo interim judicio moralitas ejus aliter ex puncto juris, aliter ex prudentiæ regulis dijudicanda videtur. Enim vero longe diverſa eſt Quæſtio, an aliquid juribus ſit conforme & an prudentiæ politicæ conveniens; utrumque hic attendendum, hinc eorum conſiderationi in ſubſequentibus intenti erimus.

§. X.

Scilicet ſi jus naturæ ſtricte ſic dictum reſpiciamus, ambiguæ videtur eſſe diſceptationis. Sane Illuſtris COCCEIVS vanum frivolumque eſſe arbitratur, *delicta occulta cum per homines apparere non poſſint, ideo Dei Judicio committere:* Concedit equidem illud Vir Illuſtris, ſed *an Dei judicium ſit pugnæ talis privata, de eo queri, & impie aſſeri arbitratur.* (a) *Exiſtimat porro longe aliter legem naturæ, ſe habere, illamque jus Romanum ſequi, ſcilicet ut nemo damnari*

D

peritiſſimus, MSCtum Vetus ab ungue ſæevo Bibliopegi cujusdam Lugdunenſis vindicaſſet.

(e) Hachenberg in Germania media Diſſ. III. p. 56.

(a) Haud equidem Sententiæ Viri Illuſtris refragaret, niſi adhuc dubium faceret, puguam hanc non prout putat, privatam, ſed judicis autoritate ſuſceptam ideoque publicam fuiſſe, de privata enim res clara eſt, ſed anne publica, plane uti bellum privatum, judicium conſtituere poſſit, altioris eſt indaginis.

mnari possit, nisi criminis manifestus; (b) *Si autem convictus plane non sit, judicis partes esse reum absolvere,* (c) *Lege igitur naturali tunc demum rem committi Dei judicio, quando cessat humanum.* (d) *Deum judicibus concessisse, ut judicent, quod sciunt, non quod nesciunt. Involare in jus Dei qui in occulta judicium sibi urgent.* (e) Cæterum uti antiquioribus omnibus ita præ reliquis JOAN. de LIGNANO illud prohibitum esse videtur, quod repugnet naturali æquitati, quippe *quæ delinquentes puniri, innocentes absolvi dictitet, cum tamen in duello purgatorio quandoque contrarium contingeret.* (f) Nos prætermissis aliorum Sententiis an judicium istud duellicum juri naturali stricte sic dicto vere sit contrarium videa-

---

(b) Concedo in Sententiam Viri Illustris, ast idem illud credo fuisse, quod olim judices ad hanc probationem amplectendam urgere potuerit, quippe qui in defectu aliarum probationum medium hoc aptissimum inveniendæ veritatis rebantur.

(c) Et hoc clarum est, modo addatur, nec possibile sit illum convinci, eo enim tendebat mens Veterum, ut hoc tanquam ultimo probandi medio uterentur.

(d) Atqui deficientibus omnibus aliis probationibus non nisi cessare poterat, proinde non incongrue, ex ipsorum quidem Sententia divino judicio utebantur.

(e) Imo ideo excusandos putem, quod divino judicio locum fecerint. De cætero quod KESTNERVS, Prof. Jur. Rinthel. *in Jure Nat. & Gent. p. 53.* de nulla hominis in vitam potestate commemorat, illud huc non spectat, & de duello extrajudiciali propria autoritate suscepto tantum intelligendum.

(f) Verum ab illo quod contingenter fit ad illud quod necessario fieri debebat, non valet consequentia, ignotæ enim po-

Digitized by Google

videamus, quod vero non ſine ratione negamus, Enimvero ſi de vero & adæquato juris naturalis principio ſolliciti ſimus, perpendamusque Deum, ut ens perfectiſſimum, hominibus non niſi bene velle, illudque in eo conſiſtere, ut tranquille vivant, facile nobis naſcitur propoſitio, quod illud ſit contra jus naturæ, quodcunque tranquillitatem humani generis externam directo & neceſſario turbet, quod pe hoc quidem judicio, uti tunc temporis exiſtebat, dici non poteſt, cum eandem potius, utpote remedium litium finiendarum & impediendarum maxime promovere potuerit. Imo ex eodem jure naturali adhuc ulterius non ſine fundamento argumentari poſſet: *Eodem modo, quo bellum ſua juſtitia conſtet, eodem ob ſimilitudinem rationum & duellum juſtum eſſe poſſe.* (g)

---

terant eſſe cauſæ, cur Deus etiam quandoque innocentem cauſa ſua cadere voluerit.

(g) Ita BOXHORNIVS *in Diſſ. III. de Romano Imperio*, de duello finiendi belli cauſa ex principiis juris naturalibus argumentatur: *Si bellum juſtum ſit, perinde juſtum videri debet, ſive duorum, ſive plurium manu, ſive ſingulari certamine, ſive uno vel pluribus proeliis cum expeditione tranſigatur.* Hinc Soritis in modum cum HOTTOM. *in Diſp. Feud. p. 900.* lit. D contendi poſſe mihi videtur: *Si quod belli jus eſt, etiam duelli jus eſſe oportere; viciſſimque, ſi hoc jus non eſt, nec illud quidem eſſe poſſe*; licet regula quam ibidem opponit: *Non jus ex armis, ſed ex jure arma quærenda eſſe* parum huc facere videatur. GROTIVS equidem *L. II. c. 20. §. 43. juſtitiam externam juris gentium*

Digitized by Google

§. XI.

Plurimi, a quibus hic mos improbatus eſt, in eo conveniunt, ut tanquam Dei tentationem juri divino contrarium fuiſſe ſtatuant; (a) Quamvis igitur & ego Chriſtianorum moribus indignam conſuetudinem fuiſſe aſſeram; tamen Seculorum iſtorum barbariei & Sacrarum literarum imperitis hominibus facile condonandum cenſuerim, res, quarum probatio nullatenus haberi poterat, divino potius, pro quo habebant, judicio commiſiſſe, atque non adeo impie

---

minime vero internam ei concedit, a quo tamen ſolidis rationibus diſſentit TESMARVS in not. ad h. l.

(a) Inter antiquos iterum IO. de LIGNANO Philoſophia cenſuram mereri mihi videtur, dum *Cap. VII. exiſtimat, tunc omnia tentari Deum, cum perquiratur aliquid contra naturam, quod non eſt productibile niſi miraculo divino. Nam naturale eſſe quod fortior & ingenioſior vincat minus fortem & minus ingenioſum.* Quamvis itaque hæc ipſi omnia concedamus, tamen exinde non ſequetur, quod in præſenti caſu aliquod miraculum divinum ſtatuere neceſſum habeamus. Mihi enim res a primordio ſuo non niſi cauſis naturalibus niti videtur, unde notum alias dicterium: *Frangit & attollit vires in milite cauſa*, non incommode huc applicari poſſe cenſeo, atque ita exiſtimo, eam etiam iſto tempore hominum ad minimum plerorumque fuiſſe mentem, ut ille maxime viribus ſuis fideret, qui intaminatam atque integram famæ ſcœlerisque puram haberet conſcientiam, huncque ita viribus ſuis nitentem victoriam præ altero reportaſſe; quamvis id etiam ſæpe fallere potuerit; donec iſtorum temporum ruditate & inſcitia, integra res divinæ directioni attribueretur.

Digitized by Google

pie a parte illorum rem habendam, (b) licet nos nunc illud: Non tentabis Dominum Deum tuum, nobis applicandum habeamus.

§. XII.

Atque hæc continua est ratio, qua tum Pontifices Romani, tum Juris Canonici Doctores in abrogando damnandoque hoc more usi fuerunt. (a) Quam recte hic non disquiro. Cæterum quæ Pontifices eo incitavit, alia plane ac multum diversa, quam quæ hanc speciem præ se fert, causa subest. Odium scilicet Pontificum erga Imperatores, (b) quorum jura omni conamine vellicare laborabant. Nota sunt quæ ad finem Seculi XII. Friderico I. & initio

(b) Adeoque nescio quo fundamento nitatur effatum GROTII *L. II. c. 20. §. 43. n. 3.* dum inquit: *Condicto certamine uti, tanquam testimonio bonæ causæ, & judicio divino vanum est & a vera pietate alienum;* nec non illud Henrici Borbonii, Principis Condæi, apud LOCCENIVM *in not. ad* CVRTII *L. VII. c. 4. n. 38. In duello verum decus & gloria esse nequit, cum gloriæ Dei & mandatis ejus repugnet,* cui fere non abludit, quod GVICCIARDINVS *in Hypomn. politicis.* 186. profert, *controversias singulari certamine dirimere, turmales magis milites, quam Principes decere.*

(a) ut ex tot. *tit. X. de purg. vulg. & Canon.* passimque satis apparet.

(b) quod graphice depinxit IOACHIMVS quidam VRSINVS, Anti-Jesuita (ut ipse se vocat) *in Speculo Jesuitico,* Pontificum Romanorum erga Imperatores Cermanicos perfidiam, insolentiam ac tyrannidem repræsentante. Ambergæ 1609. in octavo, ubi de Friderico I. vid. pag. 42-79. de II. p. 87-99.

Digitized by Google

XIII. Friderico II. (e) ejus nepoti, ut hos saltem memorem, cum iis turbæ interceſſerint, (d) adeo ut horum Seculorum Hiſtoriam conſiderantibus facile certum reddatur: Pontifices partim vi partim aſtu Imperatorum potentiam infringere, hincque introducere in fora ſecularia Pontificiæ Sedis Decreta (e) conatos fuiſſe.

§. XIII.

Alia longe eſt Quæſtio? an Reipublicæ conducere potuerit, hoc quidem judicii genere uti, an minus? quod poſterius ita crude ſtatuere non auſim. Equidem inficias non eo, parum aut nihil in Hiſtoriarum monumentis de forma judiciorum iſtorum temporum, partim inſcitia, partim negligentia, conſignatum inveniri; ſpeciatim de Germania conſtare, eam a Carolinis temporibus usque ad Seculum XIII. nullis pene

---

(c) qui quinquies a Pontificibus Anathematis fulmine petitus eſt, quod & Friderico I. omnibusque fere hujus ævi Imperatoribus contigit, de quo vid. SIMONIS SCHARDII *hypomnema de fide, obſervantia ac benevolentia Pontificum Romanorum erga Imperatores Germanicos:* quod PETRI de VINEIS *Epiſtolis* annecti curavit.

(d) Vid. Abbas Vrſpergenſis, Matth. Pariſienſis, Monachus Paduanus, inter Scriptores Rer. Germ. CHRIST. VRSTISII, aliique plures.

(e) Purgationem puta Canonicam, loco vulgatis: cui purgationi analoga fuit inculpatio Sacramentalis, quam ſuſtulit. Imp. MAXIMILIANVS in conſt. de abrogando more veteri des Beſiebnens: ap. GOLDASTVM in Reichs-Satzungen Tom. II. p. 179.

Digitized by Google

pene ſcriptis legibus uſum fuiſſe, (a) illud tamen itidem negari mihi non poteſt, ab inſcitia hac noſtra ad rei abuſum non poſſe concludi, (b) præſertim; eum, Germanos quod attinet, uno ore Scriptores Rer. Germ. teſtentur, Germanus, Veteres inprimis, fortitudinis bellicæ, quam ſtudioſiſſimos extitiſſe, (c) quo præſuppoſito tum cauſa receptæ conſuetudinis, tum ratio retentionis facillime dijudicanda eſt.

§. XIV.

Cæterum, dum verum eſt, quod ſupra monuimus, judicio hoc non niſi in caſu deficientis probationis locum fuiſſe, præſente vero iſta ceſſaſſe, ceſſante autem judicio reſurgere ſtatum naturalem, qui ſuæ quemlibet rei judicem conſtituit, ſane non video, quomodo exinde damnum quoddam in Rempublicam redundare potuerit; inprimis cum omnia ordine & decenter fuerint geſta, ſtatusque naturalis conditio formam bene ordinatæ Reipublicæ non tollat.

§. XV.

(a) Quod probavit HERM. CONRINGIVS *de Origine Juris Germanici* Cap. XXV. p. 151. ſqq.

(b) Non enim ſequitur, hoc noſtris temporibus & præſente Rerum ſtatu abſurdum & inutile videtur, ergo alia præſuppoſita Rerum facile ſimiliter inutile extitit.

(c) Vid. TACITVS *de moribus Germanorum* cap. 13. 14.

(a) Quam ſententiam ex animo confirmatam vidi in Illuſtr. THOMASII *Diſput. de Occaſione concept. ac intent. Conſt. Crim. Carolinæ* §. 20. not. b. p. 25.

Digitized by Google

§. XV.

Atque in eo mecum convenit Vir beatæ memoriæ IAC. THOMASIVS, (a) *dum finem judicialis duelli non fuisse malum contendit, negat vero duellum esse medium necessarium, & fini satis aptum.* Antequam vero calculum noſtrum adjiciamus, de ſtatu Controverſiæ prius ſollicitum eſſe oportebit. Enimvero ſi de noſtris temporibus & præſenti Reip. forma B. THOMASIO ſermo ſit, id omne ei concedimus, ſi vero de antiquo Germaniæ ſtatu intelligat, cum fere de præſenti nulla ſit Quæſtio, quædam monenda eſſe ducimus. Exiſtimat ſcilicet Vir laude noſtra major, *alia potiora remedia, teſtimonia nempe duorum vel trium, tabulas ſeu Chirographa, publicam confeſſionem, & juramentum, imo quod ab aliis prætermiſſum putat, Tormenta in promtu eſſe, ut adeo ad hoc judicii genus confugere neceſſum non ſit:* at vero quis non videt, præſentibus hiſce non adeſſe principalius judicii duellici requiſitum, defectum ſcilicet probationis, qua exiſtente de duello ne quidem cogitari potuit.

§. XVI.

Alterum membrum quod concernit, ex eo ineptitudinis illud judicium arguit laudatus autor, quod *alicubi inſontes occubuerint, & exitus duelli judicem incertum reddat. Argumentatur deinceps ulterius, ſe quic-*

(a) in diſſert. *de Duellorum diverſi generis moralitate.* Lipſ. 1671. habita, & inſerat Tom. IX. Obſervat. Hallenſ. Select. Obſ. V. ubi vide p. 139. ſqq.

Digitized by Google

quicquam haberet aptitudinis, habere illud ex influxu naturali, aut ſupernaturali; ſed horum neutrum oſtendi hic poſſe; naturalem influxum eſſe in juramento & fidiculis, in gladio vero non item. Influxum vero ſuper naturalem plane probari non poſſe. Meum qualecunque judicium, pace tamen tanti quondam Viri, vt ſubjiciam, quamvis non negem, fidiculis ineſſe vim quandam coactivam, non quidem certo animi ſui ſenſa prodendi, ſed quæſitis annuendi, quia tamen quotidianis exemplis docemur, tum juramentum ab hominibus levis mentis ſusque deque haberi, tum delinquentes tormentis aſſuetos vel ultima ſine animi angore perpeti, vel teritos innocenter damnari, utroque ergo caſu judicem incertum reddi, magis conſcientiæ morſibus quam influxui naturali effectum hunc adſcribo. Convenientiſſimum itaque mihi videtur: ſtatuere modum hunc probandi ſua æque incertitudine laborare ac juramentum & torturam. (a) Quicquid vero de eo ſit, illud minimum certiſſimum eſt laudabili inſtituto atque pio conſilio hunc probandi modum a Principibus abrogatum eſſe.

(a) Vid. Diſp. ſub Præſid. Illuſtris THOMASII habita de Tortura a foris noſtris proſcribenda: & Dn. IO. SAMVEL. STRYCK in tractatu de juramentis.

Digitized by Google

CAPVT II.

De Judicio Duellico apud exteros.

Conspectus Capitis.

§. I. de prima duellorum origine. §. II. Exempla Barbarorum sistit. §. III. Græcorum. §. IV. Romanorum. §. V. Italorum. §. VI. De judicio Duellico apud Gallos. §. VII. Anglos. §. VIII. Hispanos. §. IX. Suecos. §. X. Danos. §. XI. Vngaros. §. XII. Polonos.

§. I.

COnsiderato præcedenti capite modo moralitatem, que judicii duellici, accuratius nunc in fontes inquirendum, videndumque apud quos populos & quatenus olim in usu fuerit. Enimvero vastissimus hic se aperit campus, in varios diversarum gentium mores excurrendi, nos tamen ne prolixiores videamur, minus necessaria prætermissuri, potiora in præsenti tantum delibabimus. Multum statim nobis negotii faces sed primæ duellorum originis inquisitio, hic enim mire scriptores inter se variare ex paucorum tantum relatione patebit. Sic eorum primordia Scythis adscribit BODINVS: (a) Mantinæis, Græciæ

(a) de Rep. L. IV. p. 742. & 796.

cix antiquæ populo LVD. COELIVS RHODIGINVS, (b) ALCIATVS, (c) LANCELLOTVS: (d) Longobardis BEVTEVS: (e) Gothis, Vandalis, aliisque Boream incolentibus populis EBELINGIVS. (f) Mea quidem sententia, quamvis cum ZENTGRAFIO (g) originem duelli in puteo Democriti demersam esse non dico, rem tamen crude admodum tetigisse videtur VISCHERVS (h) qui Germanis eam adscribit, adductisve causis, legum defectus, licentiæ & imperitiæ militaris &c. sententiam suam corroboravit.

§. II.

Prolixius foret, sollicite nimis inquirere, quis primus autor & apud quos primum unice in usu fuerit, de rebus enim quæ consuetudine pedetentim introductæ sunt, non ita accuratum judicium ferri posse in propatulo est. Hoc interim non sine fundamento affirmare ausim, apud omnes non solum Europæ, quod demonstrari affatim potest, sed & reliquarum mundi partium populos in usu hunc probandi mo-

 dum

(b) Lection. antiquar. L. II. cap. 6. *Inventam a Mantinæis Monomachiam eruditis placet: argumento esse, stolam bellicam & veterem armaturam dici Mantinicam.*

(c) *de sing. certam.* p. 1.

(d) *de Jure publico personarum* p. 127. quorum vero adducta ratio mihi admodum debilis videtur.

(e) in disputat. *de Duello* §. 8.

(f) de provocatione ad Judicium Dei. p. 33.

(g) in Disputat. *de Duellis Principum* Argentor. 1663. §. 11.

(h) *De Duello* p. 24-32.

dum fuisse. Mirandum autem non est parum aut nihil de probationibus barbararum gentium nobis innotuisse, cum partim ipsæ certam Reipublicæ formam non habuerint, partim nihil de ea consignarint, dubitandum tamen minime est, eos etiam hoc potius probandi genere, ut hominibus ferocibus magis quam moratioribus convenienti usos fuisse. Quicquid de eo sit de incolis Calecutiensibus in Indra Orientali in GVIL. STVCKII Scholiis *in Aniani Periplum Maris Erythræi*, eos certamina gloriæ & virtutis gratia frequenter instituisse invenio. (a) De Turbis occasione loci apud NATAL. COMITEM *Historiarum* LX. præsumo, eos usque ad Seculum XIII. eodem modo controversias dirimisse, (b) certi enim aliquid ob deficientia istorum temporum de legibus, Regi-

(a) Sic enim p. 64. 65. Qui alium ad singulare certamen „vocat a lege campum in quo cum adversario congredi illi „ tuto liceat exposcit. Si de illius virtute opinio habetur Rex „ illum spectat. Victorem aurea cantenula donat, quam is, qui „ victoriam obtinuit, perpetuo tueri debet, aliter enim parti „ decoris nomen & gloriam amittit. Licet enim iis, qui „ velint, armis cum eo de catenulæ illius merito & dignitate certare. Catenula namque victorem sequitur & ei detrahitur, „ qui ab alio superatus extitit; neque milites tantum, „ verum & artifices de artificii præstantia armis inter se discertant.

(b) Ita enim ad annum 1361. p. 300. verba habent: *Præclare agunt Turcæ in privatis controversiis ac differentiis, nam cum legem habeant, quæ inprobe jubeat, in populos diversarum religionum sævire, abstinere autem prorsus a mutuis cædibus invitant adversarios Christianum aliquem strenuum ad singulare cer-*

Regiminis, judiciorumque Turcicorum forma monumenta ſtatui nequit.

§. III.

Idemque de Græcia, Turcis nunc partim, Venetisque ſubjecta Regione dicendum. Quamvis enim STRABO Geographiæ Lib. IX. (a) κατὰ ἔθος τι παλαιὸν τῶν ἑλλήνων, *ſecundum antiquam quandam Græcorum conſuetudinem contigiſſe dicat, ut cum armati occurriſſent Epeji, & par eſſet utrique exercitui robur ad ſingulare certamen progreſſi ſint Pyraechma Ætolus & Degmenus Epejus*, id tamen nondum arguit, modum etiam probandi extitiſſe. Nec minus antiquiſſimum exemplum id evincit, quo Hyllus, Heraclidarum in Peloponeſum redire tentantium Dux, pugnavit cum Echemo Æropi filio Tegearum Rege apud HERODOTVM L. IX. c. 26. niſi (b) forte HOMERVS Iliados L. III. c. 290 (c) ita intelligendus, qui A-

tamen provocare, quod ſi abnuerint, neque gaudeant, ipſi ultro invitant, ita ſe fortiores eſſe per adverſariorum ignominiam profitentur, quos arguunt ignaviæ. De quo videas judicium adducto ſimili exemplo apud BVSBEQVIVM *Legationis Turcicæ* Ep. III.

(a) Edit. Caſaubon. p. 246. Xylandrin. Baſil. 1571. 12. fol. p. 238.

(b) vid. pluribus DIODOR. SICVLVS, *Bibl. Hiſtor.* L. IV. c. 60. edit. Steph. col. 177. EVRIPIDES ἐν ἡρακλείδαις. Act. IV. p. 804.

(c) Vid. Iliad. K. ubi Ajax & Hector. Iliad. E. ubi Achilles & Hector, Iliad. Vamma ubi Menelaus & Paris duellatores inducuntur.

Digitized by Google

gemem nonem ſacrificabundum & fœdera pacturum ita loquentem introducit.

Quodſi mihi multam Priamus Priamique filii
Pendere nolint, Alexandro proſtrato,
Tum ego etiam poſtea pugnabo cauſa multæ ſqq.

Negligendus tamen mihi hic non eſt, qui apud HERODOTVM eodem libro invenitur Virginum Deæ indigenæ Athenæ ſacra celebrantium pugnandi modus, hæ enim in duas quaſi phalanges diviſæ, fuſtibus lapidibusque ſeſe invicem petebant, hoc judicio, ut quæcunque fortiter reſiſtendo illæſa domum rediiſſet, illibatæ pudicitiæ virgo haberetur, quæ vero feriebatur vel in ipſa pugna ſuccubuiſſet, aut de acceptis vulneribus caderet impudicitiæ macula notaretur. Omnium propriiſſime huc pertinet exemplum a POTTERO (d) *in Archæologia Græca* ex HESYCHIO HARPOCRATIONE, SVIDA aliisque relatum, ubi Melanthius Athenienſium Rex, Xanthum Bœotiæ Regem in ſingulari certamine interemerat. Ex quo ſimul apparet, dedecori jam iſtis temporibus fuiſſe, duellum detrectare; *Iste enim ſhorta*, inquit POTTERVS, *inter Athenienſes & Bœotos de agro quodam in Confiniis Attica & Bœotica Xanthus pugna ſingulari cum Athenienſium Rege controverſiam dirimere voluit. Thymocles, qui tum Athenis regnabat, eo quod pugnam declinaverat, de ſolio dejectus eſt. Qui in ejus locum ſucceſſit Melanthius quidam Meſſenius provocationem amplexus*

(d) L. III, c. XX, pag. 351. ſqq. edit. Lugd. Bat. 1702, in fol.

Digitized by Google

amplexus in loco condicto hostem convenit. Quem cum dolo ut retrospiceret faciens interemisset in ejus victoriæ memoriam *Ἀπατούρια* instituta fuere. De quibus videatur laudatus POTTERVS.

§. IV.

De Romanis nunc videndum. Equidem videtur populus ille, uti magnitudinem imperii bellis maxime acquisivit, (a) ita & primam suam originem duello debere. Evincit id LIVIVS (b) ubi de Romulo & Remo fratribus, augurantibus uter urbem conderet, ita dicit: *Inde cum altercatione congressi, certamine irarum ad cædem vertuntur; ibi in turba ictus Remus occidit*, hac enim ratione sublato Remo fundandæ urbis potestas solo Romulo remansit. Sic anno statim ab urbe condita IV. Romulo gentis conditori cum Acrone, Cenensium rege, cujus inter cæteros subditorum filias simulatis ludis equestribus rapuerant Romani, singulare certamen fuit, uti illud asserit VALERIVS MAXIMVS. (c) Sequebatur

(a) Sic Romulum *augurio urbem excitasse plenum spei bellatricem fore* probat FLORVS L. 1. c. 1. n. 7. de qua itidem ARNOBIVS L. VII. p. 255. *Civitas in humani generis perniciem nata quæ orbem subjugavit innoxium.*

(b) L. 1. c. 7. a quo tamen dissentit FLORVS cap. 1. n. 8. qui eum jussu fratris occisum dici refert.

(c) L. III. c. 2. n. 3. cui tamen contrariatur LIVII narratio qui eum in prælio truncasse dicit. L. 1. c. 16. Conf. DIONYS. HALYCARNASSAEVS L. II. p. 101. edit. Sylburg. verb. τὸν βασιλέα. PLVTARCHVS in Romulo, verb. *cum jam in* &c. Liceat huic recens Brasiliensium addere exemplum, quod

tur ſingulare illud certamen Horatiorum & Curiatiorum ſub Tullo Hoſtilio, tertio Romanorum Rege, ad finiendum bellum cum Albanis annis V. C. a 82. usque ad 90. geſtum, omnibus ſcriptoribus decantatiſſimum, (d) nec non innumera exempla quæ vide apud LIVIVM aliosque. Aſt cum hæc omnia publicas

---

CASP. BARCLAIVS *in rebus Braſiliæ.* Clivis 1660. 8. p. 431. ſqq. ita refert. *Amabat hac tempeſtate Rex Tapujanorum (populi interiora Braſiliæ incolentis.* vid. eund. p. 418. ſqq.) *Jandovius, Jackerii, Magnatis cujusdam finitimi filiam, nobilem, formaque ſpecioſam, quam cum uxorem rogaſſet per ſacerdotes, abnuit Jackerius. Quare impatiens repulſæ Jandovius, ex Prophetarum & populi conſilio, in caput Jackerii, ſubditorumque ejus perniciem juravit. Tegitur dolor & quæ parabatur fraus. Simulata amicitia ad certamina ludicra invitatur cum gente omni Jackerius, qui frandem non ſuſpicatus in arenam ad palæſtram deſcendit. Cum lucta certaturi alter alterum amplexus eſſet, fœmina Jandoviani exercitus in aliorum crines furibundi involaverunt & capillis apprehenſos detentosque crudelitati ſuorum & lanienæ incautos objecerunt. Ita quam non poterat prece, vi & ſcelere puellam abſtulit. Erant tum Jandovio uxores quatuordecim, fuerant quinquaginta. Ex quibus liberos ſuſceperat non niſi ſexaginta ipſe ſeculum exceſſerat. Hæc ex chartis conſtant Joh. Rabii, Germani Waldecenſis, qui rogatu Regis Jandovii & Comitis Naſſovii permiſſu in Tapujarum terras abierat ut interpretis officio Belgas inter & ipſam gentem fungeretur.* Hactenus BARCLAIVS.

(d) Vid. de eo FLORVS L. 1. c. 3. per tot. LIVIVS L. 1. cap. 24. 25. ſqq. DIONYS. HALICARN. L. III. cap. 16. edit. quam HERM. STEPH. & CASAVBONVS curarunt. pag. 80-83. verbis: *Qui de Albanis & Romanis intererant, quod ſe cito illius belli moleſtiis liberari cuperent, controverſiam armis dirimendam*

publicas cauſas concernant in privatorum etiam controverſiis dirimendis apud Romanos noſtro judicio locum fuiſſe, exinde non aſſero. Si autem vel ſequioribus temporibus illud obtinuiſſet, ab Honorio tamen Imperatore Seculo IV. cum omni Monomachia ſimul abrogatum fuiſſe LAVRENTIVS PAVLINVS, *Gothus* teſtis eſt. (a)

§. V.

Longe aliud de Italia quatenus Romano Imperio non amplius ſubjecta fuit, finitimisque Regionibus dicendum. Ab eo enim tempore quo cum Carolo M. Imperium Romanum ad Germanos pervenit, inſimul & Jura Germanica ſive Francica promiſcue, ut poſtea in Germania Romanum recepta erant, hincque lex Alemannorum tit. 85. diſerte a Francis (quo conſueto nomine Germanos antiquis temporibus veniſſe tum ſatis conſtat tum luculenter probavit HOTTOMANNVS in Franco-gallia) in Italiam hoc inſtitutum perveniſſe edocet. Hinc ſeculo jam X. Hugo Italiæ Rex a fratre cui interdixerat, ne ſe amplius fratrem

---

eſſe cenſuerunt. Sic exemplum T. Manlii videas apud EVTROPIVM *Breviar.* L. II. c. 2. verb. *Nobiliſſimus de Senatoribus T. Manlius, provocantem Gallum ad ſingulare certamen congreſſus occidit & ſublato torque aureo collique ſuo impoſito in perpetuum Torquati ſibi & poſteris nomen accepit.* Simile de M. Valerio apud eundem ibid. c. 3. & LIVIVM L. VII. Corn. Coſſi cum Larte Tolumnio, Veientium Rege L. IV. c. 16. Marcelli cum Viridomaro L. XX. c. 20. & paſſim.

(a) in Hiſtoria Arctoa pag. 75. ex L. Oſiandro Hiſt. Eccleſ. Cent. 4. L. 4. c. 23.

Digitized by Google

rem appellaret, duello provocatus, adoleſcentem pro ſe propugnaturum dedit. (a) Imo de Vmbris, antiquiſſimo Italiæ populo, juxta Illyricum, quorum Regio hodie Ducatus Spoletanus audit, NIC. DAMASCENVS in *Hiſtor. univerſali* refert, *cum controverſias inter ſe habeant pugnare armatos, ac ſi bello congrediendum eſſet, & videri juſtiorem habuiſſe cauſam, qui adverſarium interemerint.* Plurimum autem Longobardis in uſu fuit hæcce probatio; patet id tum undicunque ex LEGIBVS LONGOBARDORVM (b) tum etiam ALCIATO (c) probatur, qui caſus in quibus adhibita recenſet; quo & pertinet PAVLI DIACONI *Aquilejenſis* narratio de Regina de crimine adulterii objecto per ſervum ſe purgante. (d)

§. VI.

(a) LVITPRANDVS *Hiſtor. L. III. c. 13.*

(b) Quos laudabili inſtituto collegit HEROLDVS in *Antiquit. Germanicis* p. 159. -- 260. item LINDENBROGIVS *in Codice Legum Antiquarum.* p. 509. - 690. ubi vid. inprimis L. II. tit. IV. per tot.

(c) *de ſing. cert.* C. IV. qui denique ſubjungit; *Nec omnino barbaræ irrationabilesque hujusmodi conſtitutiones ſunt. Cum enim Longobardorum duello ſcutis ſolum & fuſtibus res gereretur, raroque accideret, quemque occidi, non mutum a Pancratio vel colluctatione certamen id abfuiſſe exiſtimandum eſt. Fuerunt veteribus Græcis, inſtituti pugiles, qui plumbo onuſtis ceſtibus invicem longe periculoſiore conatu decertarent, nec tamen Ladæos fratres aut Herculem Ericem Entellum, quis his præcelluere id circo barbaros quisquam dixit*, de quo judicium ſit penes Lectorem.

(d) *De geſt. Longobard.* L. IV. c. 16. verb. *Hac cum de cri-*

§. VI.

Galliam quam cum HORNIO (a) duellorum matrem & nutricem merito dixeris, conſiderantes frequentiora hujus probationis veſtigia invenimus. Galli enim uti præ aliis nationibus ferventiores alunt ſpiritus, (b) ita mirum haud fuit, ſi ad exemplar aliarum gentium itidem duello res controverſas componerent. Tamdiu igitur obvenientibus facti quæſtionibus illud Judicium applicandi univerſam Galliam conſuetudo tenebat, (c) donec Ludovicus Divus ſive Sanctus, quem Scriptores Rerum Francicarum (d) nulli pietate ſecundum perhibent, medio Seculi XIII. monomachiam omnem primus omnium Gallis interdiceret, quam deinde legem nepos ejus-

---

mine adulterii apud maritum fuiſſet accuſata. Servus ejus Carolus (qui ab aliis & Carellus & Pitto nominatur,) *a Rege expetivit, ut cum eo qui Reginæ crimen ingreſſerat, pro conteſtatione caſtitatis Dominæ ſuæ monomachia dimicaret. Qua conceſſa, eum cuncto populo adſtante ſuperavit: Regina vero poſt hoc factum ad dignitatem priſtinam rediit.* Conf. PAVLVS WARNEFRIDVS L. IV. *de geſt. Long.* p. 851. PETRVS BIZARVS L. III. *Hiſtor Genuenſ.* p. 51.

(a) *Orbis Politici.* P. 1. c. 11. Sect. 11. §. 7. p. 75. ſqq.

(b) Voyes *les Diſcours* de Monſr. DE LA MOTHE LE VAYER *de la contrariete d' humeur qui ſe trouve entre des certaines nations & ſingulierement entre la Françoiſe & l' Eſpagnole.*

(c) Vid. BODINVS de Rep. L. IV. p. 742.

(d) Vid. de Ludovico IX. JO. SIRE *Sr. de Joinville* in *Hiſt.*

Digitized by Google

dem Philippus Pulcher de non promulgavit, quam tamen biennio post iterum antiquare quodammodo coactum fuisse, cum occultis caedibus fortissimus quisque caderet, refert BODINVS (e) in tantum restringuendo, ut duello, nisi ob capitales accusationes certare, haud licuerit, teste HOTTOMANNO. (f) Idem Seculo XIV. Philippum Valesium Franciae Regem movit, ut speciali constitutione edita, quae apud GVIDONEM PAPIVM *Decisionum Gratianopolitanorum* c. 616. habetur, duellum certis in casibus permiserit (g). Ita regnante Carolo VI. Duellum a Parlamento regio in causa adulterii in uxorem Jo. Carongii a Jaqueto Grisio, Proceribus, commissi, decretum, cui Rex ipse interfuit, victoremque Carongium non contemnendo munere locupletavit. Prout illud ROBERTVS GAGVINVS (h) FROSSARDVS, (i) & THVANVS (k) commemorant.

Verum

Ludov. S. GVILIELM. de NANGIS. MATH. PARIS. & MARIM. SANVT. TORSELLVS L. III. Part. 12. C. 1. 2. 3.

(e) Loc. cit. p. 743.

(f) *de Feud.* p. 902.

(g) Vid. GVID. PAP. p. 917. & AEGIATVS p. 8. qui addit: *Quae Lex summa ratione nititur. Nam cum Jure civili existentibus solum judiciis torqueri equuleoque alligari reus debeat, si accusator, cui alioquin talionis poena subeunda esset malit etiam per duelli quaestionem rei veritatem patefieri audiendus est.*

(h) *Histor. Franc.* L. IX.

(i) *Histor.* L. III.

(k) Lib. CXXIV. p. 987. edit. Francof. Tom. III.

Digitized by Google

Verum cum ſucceſſu temporis hæc Juris perſequendi ratio in tantum genio nationis arrideret, ut proprio auſu congrederentur, atque infamem iſtum haberent, qui non verbulo læſus mox ſtricto gladio injuriantem perſequeretur, hincque ejusmodi digladiationibus Respublica multum detrimenti pateretur, majori cura mori huic derogatum; quippe cum Henricus IV. Galliæ primus ex ſtirpe Borbonia Rex, Edictum anno 1609. ejus rei cauſa conderet. Namque cum initio ſeculi præcedentis frequentes aulicorum in Duellis cædes fierent atque ſingulatim anno XV. Latrius, Fertæus, Livarrotus & Donvilarſius digladiati fuiſſet Clerus querelas ad Ludovicum XIII. Regem detulit, atque edictum, quo majori quam antea ſeveritate in Monomachos animadverteretur, impetravit, ut ex GRAMONDO (l) apparet. Cæterum quam effrenatæ huic licentiæ noſtris temporibus per edictum hodierni Galliarum Regis ſit inhibitum ſatis ſuperque eſt notum. (m)

§. VII.

In Anglia Judicium hoc obtinuiſſe ex accuratiſſimo Hiſtoriæ Anglicanæ Scriptore THOMA SMITH,

(l) Quod ex IOAN. de SERRES de Henrico IV. p. 1112. ſqq. excerptum invenies in LAVR. BANK. *Norcopenſis Gothi* Phil. & J. V. D. Franc. *de Duellis eorumque natura & Jure* diſſ. Francoq. 1659. in fine.

(m) *Hiſtor. Gallic.* L. I. ad an. 1615 p. 74. 75.

(a) ſatis liquet; magisque illud evincunt LEGES ANGLIORVM (b) apud HEROLDVM (c) extantes, nec non Seculo XI. lex a Guilielmo I. A. R. Conquæſtore dicto, lata: *Si Francigena appellaverit Anglum de periurio aut mundo &c. ſe defendat, per quod melius volue-*

(a) ita enim ille *de republ. Anglorum* L. II. c. 6. edit. Lugd. Bat. 1630. 24. pag. 190. *Ex uſu patrio & Anglie conſuetudine invaluit, ut tribus potiſſimum modis ſententiæ, quæ ſummam controverſiæ finem imponant, pronuncientur: in Comitiis Parlamentariis, in certamine ſingulari, & in judiciis concentibus.* Itemque ſpeciatim *de Judicio duellico* cap. 8. pag. 191. *Duellum nunc dierum* (vivebat autem Sec. XVI.) *non adhuc dum frequens eſt; Sed tamen in deſuetudinem penitus abiiſſe, nondum potui intelligere, & propterea emortuum non ſentiet eſſe ubi quis efflagitaverit.* Nec non L. III. c. 3. p. 251. ſqq. ubi in caſu homicidii duello quæſtionem dirimi aſſerit, cui ſubſequens Epiphonema adjicit: *Pontifices Romani & Eccleſiæ Proceres hoc judicandi genus frigidis argumentationibus a Theologia & Philoſophia petitis plurimum infectantur. Certum tamen illud eſt in Republica militarem in modum compoſita nonnulla pacis & quietis bono tentanda eſſe, quæ in umbra & muſæo clam diſputantibus non perinde arrident. Vtut res ſe habet diu inuſitatum manſit hoc certaminis genus ex hiſtoriis potius quam ab experientia noſtra petendum. Attamen in hodiernum usque diem legis vigorem retinet.*

(b) Tit. I. n. 3. *De Homicidio ſi quis negaverit cum XI. juret aut in campum exeat, utrum ille voluerit, ad quem cauſa pertinet*, & Tit. IX. *Qui domum alterius noctu incenderit, damnum triplo ſarciat & in fredo ſol: LX. aut ſi negat, cum undecim juret aut campum decernat.*

(c) *In Origin. ac Antiquit. Germ.* Baſil. 1557. p. 127. apud

voluerit, aut judicio ferri aut duello. Si autem Anglus infirmus fuerit, inveniat alium qui pro eo faciat. Scilicet in tanta tunc temporis hæc probandi ratio erat observantia, ut, quod tamen ubique fere secus erat, nec Clerici ab illo probationis genere exempti essent. Equidem RADVLPHVS DE DICETO nobis adversari videtur, dum medio Sec. XII. tempore Henrici II. clericos ad singulare certamen subeundum non coactos fuisse perhibet: verum quibusdam in casibus illud & ad Clericis adhibitum fuisse exemplo Monachi cujusdam Cœnobii Windocienſis, qui cum Sanctonensis Episcopatus Clerico duellum inierit, & alio Anshelmi, Thesauri Laudanensis Ecclesiæ custodis, in duello aurifabrum vincentis ex FRANC. IVRETO (d) patet. Imo Seculo XIV. circa finem Richardus II. Angliæ Rex duellum in omnibus purgationum casibus adjudicari, nec ætatis nec valetudinis rationem haberi voluit, teste HENRICO DE KNYGTHON, Canonico Leycestrensi, *in Historia Anglicana.* (e) Cæterum duplici ratione modoque commissum illud fuisse moribus Anglicis ex SPELMANNI, Equitis Angli, *Glossario*. docet vir celeb. IOH. CHRIST. BECMANNVS. (f) Scilicet alia fuit quæ ad Curiam militarem

---

LINDENBROGIVM p. 483 - 486. tit. XV. *In furto & vulneribus campus judicat.*

(d) in *notis ad Ivonis Epist. 168. p. 175.*

(e) p. 2753.

(f) Differt. *de Judiciis Dei* Cap. V. §. 2. & *Medit. polit.* Cap. XV. n. 4. & *Polit. parat.* c. 15. n. 2.

rem quam Angli Marſchalli vocant, alii quæ ad civilem peragebatur dimicatio. *In illa tela adhibebantur mucronata, in hac obtuſis tantum pugnabatur.* Non deſunt inſuper abunde exempla Reges Angliæ in regnis ſibi aſſerendis aut cauſis aliis publicis dijudicandis ſingulari certamine uſos fuiſſe. Edmundi ſcilicet II. cum Canuto I. Magno, Daniæ Rege, de regno certantis (g) Eduardi III. cum Philippo Valeſio Galliæ Rege duello congreſſuri (h) Henrici IV. a Ludovico Valeſio Duce Aurelianenſi provocati, (i) aliorumque, quorum vero conſideratio ad præſens inſtitutum non pertinet.

§. VIII.

Hiſpanos quod attinet, illorum ſedulo quamvis monumenta pervolventi parum quod ad rem faceret, elicere licuit, at vero ideo dubium haud reſidet, nec apud illos prioribus ſeculis hunc modum probandi fuiſſe ignotum. Equidem obſtare videtur BODINVS, (a) qui legibus Hiſpanorum nullam duello juſtam cauſam probari expreſſe aſſerit, at majoris eſt teſtimonium VASQVII, (b) Hominis Hiſpani, exiſtimantis

---

(g) quod memorat PONTANVS in *Reb. Danic.* p. 151. deſcribit POLYD. VIRGILIVS *Hiſt. Angl.* L. VII. ex edit. Ant. Thyſii Lugd. Bat. 1651. 8. p. 172.

(h) Vid. LEIBNITZIVS in *Codice Jur. Gent. Diplomatico*, Part. I. n. 79. p. 152. POL. VIRGILIVS. *Hiſt. Anglic.* L. XIX.

(i) LEIBNIZ c. l. n. 114.

(a) de Republ. L. IV. p. 745.

(b) Controv. Illuſtr. L. I. c. 11.

Digitized by Google

mantis duellorum uſum vetitum iri, *quia in hoc*, verba ſunt, *Concilio Tridentino anno 1563. menſe Auguſto, juſſu Hiſpaniæ Regis, potentiſſimi Domini mei, propoſitum eſt duella vetari, quamvis nondum definitum ſtat.* Ita Seculo X. homicidium Sanctio Hiſpanorum Regi a cive Zamorenſi proditorie illatum, cum ille Zamoræ urbis obſidionem moliretur, Præfectum quendam exercitus Hiſpanici duello cum illuſtris cujusdam Zamorani filiis ultum iviſſe, idem refert VASQVIVS (c) Integrum vero apud illos in hujusmodi pugnis procedendi modum exemplo memorabili duorum Hiſpanorum nobilium anno 1522. duello certantium ex PONTO HEVTERO DELFIO *in vita Caroli V.* L. VIII. refert CAMERARIVS (d).

§. IX.

Ad Suecos nunc devenimus, quos omni tempore bellicis artibus ſtuduiſſe Suecanæ Hiſtoriæ monumenta abunde probant. (a) Hinc dubium minime eſt, quin & antiquis temporibus bellicoſo huic judicii generi indulſerint. Præſertim cum non ſolum vox Ordalii, quo pariter nomine antiquitus judicium duellicum veniebat, (b) Gothicæ ſit originis, (c) verum

(c) c. l. p. 133.

(d) Hor. Succiſ. c. 21. per tot.

(a) vid. IOAN. SCHEFFERI *Memorabilia Sueticæ gentis* cap. VIII. 9. 10. ſeqq.

(b) vid. SCHOTTELIVS *de ſingul. Germ. juribus* c. 28. von Ortel-Recht. §. 1. 2.

(c) Videatur hac in materia Diſp. *de Ordaliis* ſub Præſ. JOH. A. BELLMAN. Vpſal. 1709, habita p. 4. ſeq. qui ex Gothico vo-

rum etiam res ipsa Suecis maxime propria extiterit(d) Nititur autem hujus rei assertio præcipue leg quadam antiqua Vplandica in veteris juris Sveo-Gothici Codice reperienda, quam vide apud LOCCENIVM *in Antiquit. Sueo-Gothicis*, (e) qui simul eandem probandi rationem anno 1320. destructam penitus fuisse, ex STIERNHOECKIO (f) aliique probatum facit. (g) Remansit tamen quædam adhuc hujusce ferocitatis umbra, dum non solum ipsi Sueciæ Reges frequenter, & fere absque necessitate singularibus certaminibus bella diremta vellent, imo maximum dedecus existimarent, si quis Principum periculosum hunc congressum recusaret, verum etiam privati ex eodem capite injurias illatas ipsimet ulciscerentur. De priori, exempla permulta vide apud IOANNEM MAGNVM (h) & ALBERTVM KRANTZIVM (i).

Po-

---

cabulo Orbel, eodem quod Urthel, illud derivat; atque contra CANGIVM in mediæ & inf. latinitatis Glossario Saxonum linguæ illud asserenti, ex eo quod lingua Saxonica Gothicæ sit originis argumentatur.

(d) vid. d. disp. p. 10 seqq.

(e) edit. prioris quæ Holmiæ anno 1654. in 8. prod. L. II. cap. 8. p. 67. conf. IOH. MAGNVS *in Goth. Suec. Hist.* L. II. c. 7.

(f) *de jure Sueconum & Gothorum vetusto*, quem omnino vid. L. I. c. 8. per tot.

(g) vid. edit. quæ Francof. & Lipsi. 1676. in 4. prod. L. II. cap. 5. p. 43.

(h) Romæ 1554. fol. L. VIII. c. 16. Alarici & Erici qui uterque in circo moribundus corruit, itemque Scarini & Grami p. 70.

(i) *In Regnorum Aquilonarium Chronica* Franc. ad Moen.

Digitized by Google

Posterius quod concernit, per leges publicas, imprimis Gustavi Magni, nec non Caroli XI. (k) & glorioſi ejusdem ſucceſſoris Caroli XII. (l) per edictum de anno ſuper. Sec. 95. omnis iſte furor ſevere, eſt interdictus.

§. X.

Suecis conterminos jungamus Danos. Enimvero hic ſedem fere propriam duellum habuiſſe videtur, præterea enim quod variis in caſibus adhibitum fuerit, non minus etiam probandi modus extitit. Variis namque probationum generibus utebantur Dani, de quarum ratione, & quid illis voce ordalii venerit omnino videatur OL. WORMIVS *in monum. Danic.* (a) L. I. c. 11. *de ordalio* p. 57. ſeqq. Huc autem quod pertinet, videatur prolixe apud eundem eodem libro c. 10. per tot. Scilicet fundabatur hæc conſuetudo lege ut antiquiſſima, ita Scriptoribus duellicis decantatiſſima a Frothone, primo a nato Chriſto Danorum Rege lata, qua ſanciebatur, ut de qualibet controverſia ferro decerneretur, quam exemplis corroboratam

 vide

1575. f. in *Suecia*. Atisli ſcilicet, aliis Attili vel Attilæ dicti, qui Jutiæ Præfectum ſingulari certamine interemit, p. 216. itemque *in Dania*. p. 212. Sigtrugi, cum Gramo, Daniæ Rege, de quo vid. etiam LOCCENIVS Hiſt. Suecanæ L. I. ed. Franc. p. 7. 8.

(k) vid. *Jus milit. Suec.* tit. XIV. §. 67.

(l) cujus mandatum vid. apud. CASP. MATH. SCHWARZIVM *in annot. germ. ad Jus milit. Suec.* Bremæ 1675. in 8. pag. 69. ſeqq.

(a) Edit. Hafnienſis de anno 1643. in 4. maj.

Digitized by Google

vide apud SAXONEM GRAMMATICVM. (b) Et sine si ullibi memorabilis modus circa hoc judicium observari solitus extitit, apud Aquilonares hosce populos id fuit, quem etiam laudatus WORMIVS eleganter proposuit. Quemadmodum vero tandem hac dicta ratione instituta probatio a Suenottone, praevio in sacri fontis lavacro ad Christianorum sacra transeunte abrogata, & in ejusdem locum alia, at vero non minus superstitiosa, specimen illius Poppone Episcopo exhibente, introducta fuerit citato loco apud WORMIVM invenies: cui adjungatur ALB. KRANZIVS (c) *in Dania, qui Heraldum consilio inter suos habito duelli usum abstulisse, sacramenti vero Religionem cunctis testimoniis antepoſuisse* dicit; quamvis idem de Suenone referat, *eum controversias jure dirimi solitas ad antiquas pugnæ diremtiones & duella revocasse.* (d) Cæterum silentii peplo involvendum minime hic esse censeo: multifaria exempla, in Historiarum monumentis obvia, ubi Regibus Daniæ de sponsis Regiis contendentibus duellum usui fuit, quæ copiosissime videas apud KRANZIVM. (e)

§. XI.

(b) *Histor. Danicæ.* L. V. nec non etiam WORMIVM pag. 68. seqq.

(c) infra cit. edit. p. 92.

(d) Cap. 32. L. V. p. 117.

(e) vid. L. II. c. 2. p. 27. edit. Francof. ad Mœn. 1575. in fol. ubi Haldanus Norwegiæ Regis filiam duello obtinuit. Alia exempla notatu dignissima vid. ibid. p. 28. 29. it. p. 34. 35. Duellum Simaldi & Haldani vid. p. 229. Regneri cum Sorlo p. 303.

Digitized by Google

§. XI.

Nec ab hocce probandi modo Hungaros, gentem, ſi quæ alia, bellicoſam alienos fuiſſe quilibet facile crediderit. Vnicum tamen & potiſſimum huic aſſerto teſtem demus, ANTON. BONFINIVM *Rer. Vngaric.* Dec. IV. L. VII. ita differentem: *Cum Vngaris mos eſſet, deficientibus utrinque probationibus in quoque negotio ſingulari certamine cauſam definiri, quod abſurdum eſt, ac cæteris foris in auditum, lex inde lata qua ubique poterit, quam in militari foro duellaris dimicatio antiquata eſt.* (a) Reſpicit autem BONFINIVS ad decretum Mathiæ Regis, quod decretum majus ſcriptoribus Vngaricis audit, de anno 1486. n. 23. ubi inter alia: *Proinde hoc judicii genus perpetuo aboleatur, & nunquam decernatur, niſi in caſibus in quibus omnis probatio deficeret, non tamen in ſede judiciaria, ſed in Curia mi-*

Eundem de Virgine Principe contendentem in ſaepius citati WORMII *appendice*, de priſca Danorum Poeſi, *ad Litteraturam Runicam*, (quæ Hafn. 1651. prd.) p. 198. carmine ante obitum ſuum compoſito, Stropha XIX. vertente WORMIO, ita canentem invenies:

Pugnavimus enſibus,
Pulchricomum vidi crepuſculaſcere,

(quod idem eſt ac in mortis agone conſtitutum eſſe)

Virginis amatorem &c. per quem Heraldum primum Norwagiae Monarcham intelligendum putat WORMIVS cit. loc. Holgeri Danicum Burmanno, Aegyptiorum Rege, de eadem cauſa duellum recenſet TH. BARTHOLINVS, *Filius*, in Diſſ. *de Holgero Dano*. Hafn. 1677. in 8. Cap. XV. per tot.

(a) vid. Editio quæ Colon. Agrip. 1690. fol. prod. p. 457. col. I. lit. a.

militari Reg. Maj. (b) Quod idem Decretum a Vladislao Rege anno 1492. repetitum atque confirmatum esse apparet ex Decreti ejus I. articulo 37. (c) Cæterum hujus judiciarii congressus apud Hungaros rationem ex SABELICO ita proponit JO. FERD. BEHAMB. (d) Si causa anceps sit, nec aliter liquere possit, his ferro decernitur, reus & actor dimicant, Rex, aut qui Regis vicem gerit, pugnam spectat, judicatque secundum eum qui superior fuerit; satis vicisse credunt, cujus adversarius aut pugnam cunctantius inibit, aut lineis areæ quibus pugnæ locus circumscribitur exciderit: qui ex equo dimicant, lancea prius dein gladio utuntur, pedites praeter verenda cæteris nudi pugnant. Cui interim memorabile exemplum Hungari, Græcum monstrosæ proceritatis duello vincentis legere aut plura evolvere placeat; adeat BONFINIVM (e) & ISTVANFIVM. (f)

§. XII.

(b) vid. hunc Decreti articulum in editione citata ex collectione SAMBVCI p. 65. itemque in collectione Decretorum Regni Hungariæ Tirnaviæ 1574. in fol. publicata art. 18. p. 179.

(c) Vide hoc Decretum in dicta collectione p. 221.

(d) *in Notit. Hungariæ antiquo modernæ* Argentorati 1676. in 8vo. excusa Part. I. p. 233. vid. eundem Part. II. p. 221. sqq.

(e) Dec. I. L. X. p. 108. col. b. lit. c. seqq.

(f) *In historia de Rebus Vngaricis* Libris XL. Colon. Agripp. 1684. in fol. ubi p. 460. certamen singulare Carolicocii cum Valentino Bauffio itemque p. 350. Emerici Tiliqueffii cum Rustane Budensi graphice describit. Plura exempla ex eo depromta invenies in Mart. Zeileri Epistolis, edit. Vlmensis de anno 1709. in fol. p. 301. litt. b. 475. b. 477. b. 478. b. & alibi.

Digitized by Google

§. XII.

Tandem ad Polonos accedimus, quos si hunc quidem probandi ritum spectes, primo statim loco nominandos habuissemus. Wagrios enim Slavos jamdum lites suas ferri judicio permisisse tradit HELMOLDVS, Presbyter Bosoviensis, in *Chronico Slavorum*. (a) De usu autem sequioribus temporibus recepto expresse testatur CHRIST. HARTKNOCHIVS in *Chronico Borussiæ*, (b) idemque confirmat ALEXAND. GAGVINVS in *Sarmat. Europ.* (c) Scilicet observat ex CROMERO, FRANC. MARINIVS, Polonus, *jure simplicissimo Polonos primis temporibus usos fuisse, atque controversias a Principibus ex æquo & bono aut singulari nonnunquam certamine dijudicatas fuisse. Palatinorum deinde tempore leges paucissimas ex observatione saltem viguisse. Tandemque Jus Saxonicum in Poloniam introductum, eoque uti specialiter urbi Cracoviensi a Boleslao concessum fuisse, donec sub Alexandro Rege suasu Pon-*

(a) L. I. p. 188.

(b) Part. II. Cap. VII. p. 549. lit. A. Belangend die Gerichte, so ists auch gewiß daß die ersten Fürsten in Pohlen nach ihren Gefallen wie sie es billig zu seyn vermeinet die streitigen Sachen unter ihren Unterthanen entschieden. Es ist auch das Faust-Recht wie bey andern angräntzenden Ländern üblich gewesen. Denn wenn eine schwere Sache vorkommen, die der Richter nicht schlichten konte, musten sich die streitenden Partheyen drum schlagen, wer alsdenn den andern überwältiger, der hat das Recht gewonnen.

(c) pag. 29.

Pontificis Romani quatuordecim articuli Statutis Regni Poloniæ inſerti, abrogarentur, de quibus prolixius videatur laudatus MARINIVS. (d) Ex qua relatione abunde colligere licet uſum hujus judicii ſimul cum iſtis articulis fuiſſe ſublatum, de quo vide infra C. III. §. 12.

CAPVT III.

De Judicio duellico apud Germanos.

Conſpectus Capitis.

§. I. *Fuiſſe judicium duellicum apud Germanos.* §. II. *Vnde ad illos devenerit.* §. III. *quid de eo in Germania antiqua.* §. IV. *quid in media appareat.* §. V. *quibus in caſibus fuerit adhibitum.* §. VI. *Singularia duellorum.* §. VII. *Caſus duelli ordinarii.* §. VIII. *Exceptio a regula.* §. IX. *Vſus ejusdem in civilibus.* §. X. *in criminalibus.* §. XI. *Modus judicii in Germania obſervatus.* §. XII. *De ſublatione Pontificia.* §. XIII. *Privilegiis Civitatum duellicis.* §. XIV. *Edictis contra duella latis.* §. XV. *Concluſio.*

§. I.

(d) In *Diſſ. de Scopo Reip. Polonicæ adverſus Hermannum Conringium.* Vratisl. 1665. 12. ed. p. 125-129. ſeqq. Autor fictitio utitur nomine, nec quis fuerit conſtat; prodiit tamen eodem anno *de ſcopo Reip. Polonicæ & domo Auſtria adverſus Franc. Marinium Polonum libellus, quo Vir ſummus Hermannus Conringius ab ineptiis & calumniis vindicatur* in 12.

Digitized by Google

§. I.

EXhibitis hactenus gentium Europæarum circa judicium duellicum institutis specialibus nunc Germanorum mores enarrandi veniunt, quippe quibus illud, si non ipsam originem, formam tamen aliis etiam gentibus receptum (a) debere videtur. Neque enim ratio dubitandi apparet Germanis non æque ac aliis populis morem hunc probandi admodum arrisisse præcipue cum fortitudo eorum bellica TACITO jam in integro *de Germanorum moribus* Tractatu (b) late deprædicetur, tum ita de illis SENECA (c) sentiat: *Quid Germanis animosius, quid armorum cupidius, quibus innascuntur, innutriunturque, quorum una illis cura est, alia negligentibus?* Hincque sane mirandum minime est Germanis iteratos Duellorum actus in jus tandem consuetudinarium cessisse, atque adeo judicium hoc posthabitis aliis probationibus, in foris illorum frequentari cœpisse.

§. II.

Altius vero ut rem repetamus, id maxime probabile videtur a Cimbris ad Germanos Jus duellicum devolutum esse. (a) Longa equidem inter eruditos de Cim-

(a) Sic a Germanis in Italiam & Galliam importatum documento esse potest Lex Alemannorum Tit. 85. & Lex Friderici II. Constit. Sicular. L. II. Tit. 32. ex collectione ANDREÆ DE ISERNIA p. 174.

(b) & *Annal.* XV. c. 1.

(c) *de Ira.* L. 1. c. XI.

(a) quam sententiam pariter fovet ingeniosissime pro iudicio

Cimbrorum gentis origine verſatur diſputatio, (b) quam nunc aliis diſcutiendam relinquimus, aſt nec ii rem male tetigiſſe mihi videntur, qui eorum Etymologiam a Germanico vocabulo Kimber, Kemper ſeu Kempfer arceſſunt. Hinc & Jus duellicum das Kampff-Recht vocatum eſſe innuit GRYPHIANDER. (c) Dum igitur a pugnis & virtute bellica (d) nomen Cimbris inditum, deque illorum in Germaniam migrationibus abunde conſtet, (e) nemini facile dubium erit, aut

---

duellico differens Sileſiæ olim decus LOHENSTEINIVS in *Arminio* Part. II. L. III. p. 547. 551.

(b) Plurimi Cimbros a Gomero (de quo vid. IOSEPHVS *Antiqu. Jud. L. 1. c. 6.*) & nomen & originem ſumſiſſe ſtatuunt quales ſunt LAZIVS *de migrationibus Gent.* L. III. & qui eum defendit NICOLAVS PETREIVS *de Cimbrorum & Gothorum originibus &c.* Lipſ. 1695. in 8. ROBERTVS SHERINGHAM *de Anglorum gentis origine* (Cantabrigiæ 1670. in 8.) nomen a Germanorum kempffen illis concedit, originem vero a Comero traxiſſe integro III. & V. cap. erudite pernegat. Singularem plane de eorum origine & denominatione ſententiam fovet OTROKOCSI, Hungarus, *in Originibus* HVNGARICIS (Franeckeræ 1693. in 8.) Part. II. p. 156. Omnem eorundem originis inquiſitionem flocci pendit MOLLERVS in *Iſagoge ad Cherſoneſum Cimbricam* P. I. c. 3. §. 1. 2.

(c) *de Weichbildis Saxoniæ* c. 42. n. 8 - 13. edit. Argent. 1666. in 4. p. 106. conf. 45. n. 16. 17. itemque Cap. 56. n. 3. & ſeqq.

(d) Hinc ſupra citatus SHERINGHAM non incongrue illos taxat qui Cimbros Latrones extitiſſe velint, cum, ſecundum FESTVM, milites antiquitus latrones vocarentur.

(e) Vid. HIERON. CYPRAEVS *de origine, nomine, priſcis ſedibus, &c. & migrationibus Saxonum Cimbrorum* &c. Hafniæ 1622. in 4. & inprimis STRABO *Geograph. L. VII.*

Digitized by Google

aut Germanos hocquidem judicii genere uti ab iis edoctos fuisse: aut ipsos ejusdem inventores una cum iis extitisse.

§. III.

Hujus igitur Judicii in antiquissima Germania vestigia si quæras; utique quædam licet rariora apparent. Spectare huc videtur VELLEIVS PATERCVLVS (a) quippe teste *Germani fictas Varo gratias agebant, quod lites Romana Iustitia finiret, & solita armis discerni Iure terminarentur.* Præterea & illud memorabile existit: quod Gallorum Druides aliquando delecti fuerint, aliquando successerint meritis, aliquando de principatu armis contenderint: uti refert J. CAESAR *de bello gallico L. VI.* Etenim si STRABONEM *L. VII.* audiamus; Germani & forma & moribus & victu adsimiles erant Gallorum, ita ut facile illud & de his capias. Confirmat hoc clarius POMPONIVS MELA, *L. III. de situ orbis*, qui illos jus in viribus habuisse testatur. Neque illud oblivioni involvendum existimem, illos etiam per pugnam de futuro bellorum eventu cognovisse, quod notavit TACITVS *de M. G. c. X.* insuper tradens; Crebras apud eos rixas raro conviciis, sæpius cæde & vulneribus transigi. *c. XXII.*

§. IV.

De mediis equidem Germaniæ temporibus (a) LEHMANNVS (b) testatur: Wer seine Unschuld mit

(a) *Histor. Rom.* L. II. c. 18.

(a) quorum primordia a Trajani ætate derivat HACHENBERG *in Germ. media.*

(b) *In Chronico Spir.* L. II. c. 30.

rum etiam res ipſa Suecis maxime propria extiterit (d) Nititur autem hujus rei aſſertio præcipue leg quadam antiqua Vplandica in veteris juris Sveo-Gothici Codice reperienda, quam vide apud LOCCENIVM *in Antiquit. Sueo-Gothicis*, (e) qui ſimul eandem probandi rationem anno 1320. deſtructam penitus fuiſſe, ex STIERNHOECKIO (f) aliique probatum facit. (g) Remanſit tamen quædam adhuc hujusce ferocitatis umbra, dum non ſolum ipſi Sueciæ Reges frequenter, & fere absque neceſſitate ſingularibus certaminibus bella diremta vellent, imo maximum dedecus exiſtimarent, ſi quis Principum periculoſum hunc congreſſum recuſaret, verum etiam privati ex eodem capite injurias illatas ipſimet ulciſcerentur. De priori, exempla permulta vide apud IOANNEM MAGNVM (h) & ALBERTVM KRANTZIVM (i).

Po-

---

cabulo Orbel, eodem quod Urthel, illud derivat; atque contra CANGIVM in mediæ & inf. latinitatis Gloſſario Saxonum linguæ illud aſſerenti, ex eo quod lingua Saxonica Gothicæ ſit originis argumentatur.

(d) vid. d. diſp. p. 10 ſeqq.

(e) edit. prioris quæ Holmiæ anno 1654. in 8. prod. L. II. cap. 8. p. 67. conf. IOH. MAGNVS *in Goth. Suec. Hiſt.* L. II. c. 7.

(f) *de jure Sueconum & Gothorum vetuſto*, quem omnino vid. L. I. c. 8. per tot.

(g) vid. edit. quæ Francof. & Lipſ. 1676. in 4. prod. L. II. cap. 5. p. 43.

(h) Romæ 1554. fol. L. VIII. c. 16. Alarici & Erici qui uterque in circo moribundus corruit, itemque Scarini & Grami p. 70.

(i) *In Regnorum Aquilonarium Chronica* Franc. ad Moen.

Digitized by Google

Posterius quod concernit, per leges publicas, imprimis Gustavi Magni, nec non Caroli XI. (k) & glorioſi ejusdem ſucceſſoris Caroli XII. (l) per edictum de anno ſuper. Sec. 95. omnis iſte furor ſevere, eſt interdictus.

§. X.

Suecis conterminos jungamus Danos. Enimvero hic ſedem fere propriam duellum habuiſſe videtur, præterea enim quod variis in caſibus adhibitum fuerit, non minus etiam probandi modus extitit. Variis namque probationum generibus utebantur Dani, de quarum ratione, & quid illis voce ordalii venerit omnino videatur OL. WORMIVS *in monum. Danic.* (a) L. I. c. 11. *de ordalio* p. 57. ſeqq. Huc autem quod pertinet, videatur prolixe apud eundem eodem libro c. 10. per tot. Scilicet fundabatur hæc conſuetudo lege ut antiquiſſima, ita Scriptoribus duellicis decantatiſſima a Frothone, primo a nato Chriſto Danorum Rege lata, qua ſanciebatur, ut de qualibet controverſia ferro decerneretur, quam exemplis corroboratam

G 2 vide

1575. f. in *Suecia*. Atisli ſcilicet, aliis Attili vel Attilæ dicti, qui Jutiæ Præfectum ſingulari certamine interemit, p. 216. itemque *in Dania*. p. 212. Sigtrugi, cum Gramo, Daniæ Rege, de quo vid. etiam LOCCENIVS Hiſt. Suecanæ L. I. ed. Franc. p. 7. 8.

(k) vid. *Jus milit. Suec.* tit. XIV. §. 67.

(l) cujus mandatum vid. apud. CASP. MATH. SCHWARZIVM *in annot. germ. ad Jus milit. Suec.* Bremæ 1675. in 8. pag. 69. ſeqq.

(a) Edit. Hafnienſis de anno 1643. in 4. maj.

Digitized by Google

vide apud SAXONEM GRAMMATICVM. (b) Et ſane ſi ullibi memorabilis modus circa hoc judicium obſervari ſolitus extitit, apud Aquilonares hoſce populos id fuit, quem etiam laudatus WORMIVS eleganter propoſuit. Quemadmodum vero tandem hæc dicta ratione inſtituta probatio a Suenottone, prævio in ſacri fontis lavacro ad Chriſtianorum ſacra transeunte abrogata, & in ejusdem locum alia, at vero non minus ſuperſtitioſa, ſpecimen illius Poppone Epiſcopo exhibente, introducta fuerit citato loco apud WORMIVM invenies: cui adjungatur ALB. KRANZIVS (c) *in Dania, qui Heraldum conſilio inter ſuos habito duelli uſum abſtuliſſe, ſacramenti vero Religionem cunctis teſtimoniis antepoſuiſſe* dicit; quamvis idem de Suenone referat, *eum controverſias jure dirimi ſolitas ad antiquas pugnæ diremtiones & duella revocaſſe.* (d) Cæterum ſilentii peplo involvendum minime hic eſſe cenſeo: multifaria exempla, in Hiſtoriarum monumentis obvia, ubi Regibus Daniæ de ſponſis Regiis contendentibus duellum uſui fuit, quæ copioſiſſime videas apud KRANZIVM. (e)

§. XI.

(b) *Hiſtor. Danicæ* L. V. nec non etiam WORMIVM pag. 68. ſeqq.

(c) infra cit. edit. p. 92.

(d) Cap. 32. L. V. p. 117.

(e) vid. L. II. c. 2. p. 27. edit. Francof. ad Mœn. 1575. in fol. ubi Haldanus Norwegiæ Regis filiam duello obtinuit. Alia exempla notatu digniſſima vid. ibid. p. 28. 29. it. p. 34. 35. Duellum Simaldi & Haldani vid. p. 229. Regneri cum Sorlo p. 303.

Digitized by Google

§. XI.

Nec ab hocce probandi modo Hungaros, gentem, si quæ alia, bellicosam alienos fuisse quilibet facile crediderit. Vnicum tamen & potissimum huic asserto testem demus, ANTON. BONFINIVM *Rer. Vngaric.* Dec. IV. L. VII. ita differentem: *Cum Vngaris mos esset, deficientibus utrinque probationibus in quoque negotio singulari certamine causam definiri, quod absurdum est, ac cæteris foris in auditum, lex inde lata qua ubique poterit, quam in militari foro duellaris dimicatio antiquata est.* (a) Respicit autem BONFINIVS ad decretum Mathiæ Regis, quod decretum majus scriptoribus Vngaricis audit, de anno 1486. n. 23. ubi inter alia: *Proinde hoc judicii genus perpetuo aboleatur, & nunquam decernatur, nisi in casibus in quibus omnis probatio deficeret, non tamen in sede judiciaria, sed in Curia mi-*

Eundem de Virgine Principe contendentem in saepius citati WORMII *appendice*, de prisca Danorum Poesi, *ad Litteraturam Runicam*, (quæ Hafn. 1651. prd.) p. 198. carmine ante obitum suum composito, Stropha XIX. vertente WORMIO, ita canentem invenies:

Pugnavimus ensibus,
Pulchricomum vidi crepusculascere,

(quod idem est ac in mortis agone constitutum esse)

Virginis amatorem &c. per quem Heraldum primum Norwagiae Monarcham intelligendum putat WORMIVS cit. loc. Holgeri Danicum Burmanno, Aegyptiorum Rege, de eadem causa duellum recenset TH. BARTHOLINVS, *Filius*, in Diss. *de Holgero Dano*. Hafn. 1677. in 8. Cap. XV. per tot.

(a) vid. Editio quæ Colon. Agrip. 1690. fol. prod. p. 457. col. I. lit. a.

Digitized by Google

militari Reg. Maj. (b) Quod idem Decretum a Vladislao Rege anno 1492. repetitum atque confirmatum esse apparet ex Decreti ejus I. articulo 37. (c) Cæterum hujus judiciarii congressus apud Hungaros rationem ex SABELICO ita proponit JO. FERD. BEHAMB. (d) Si causa anceps sit, nec aliter liquere possit, his ferro decernitur, reus & actor dimicant, Rex, aut qui Regis vicem gerit, pugnam spectat, judicatque secundum eum qui superior fuerit; satis vicisse credunt, cujus adversarius aut pugnam cunctantius inibit, aut lineis areæ quibus pugnæ locus circumscribitur exciderit: qui ex equo dimicant, lancea prius dein gladio utuntur, pedites praeter verenda cæteris nudi pugnant. Cui interim memorabile exemplum Hungari, Græcum monstrosæ proceritatis duello vincentis legere aut plura evolvere placeat; adeat BONFINIVM (e) & ISTVANFIVM. (f)

§. XII.

(b) vid. hunc Decreti articulum in editione citata ex collectione SAMBVCI p. 65. itemque in collectione Decretorum Regni Hungariæ Tirnaviæ 1574. in fol. publicata art. 18. p. 179.

(c) Vide hoc Decretum in dicta collectione p. 221.

(d) *in Notit. Hungariæ antiquo modernna* Argentorati 1676. in 8vo. excusa Part. I. p. 233. vid. eundem Part. II. p. 221. sqq.

(e) Dec. I. L. X. p. 108. col. b. lit. c. seqq.

(f) *In historia de Rebus Vngaricis* Libris XL. Colon. Agripp. 1684. in fol. ubi p. 460. certamen singulare Carolicocii cum Valentino Bauffio itemque p. 350. Emerici Tiliqueffii cum Rustane Budensi graphice describit. Plura exempla ex eo depromta invenies in Mart. Zeileri Epistolis, edit. Vlmensis de anno 1709. in fol. p. 301. litt. b. 475. b. 477. b. 478. b. & alibi.

Digitized by Google

§. XII.

Tandem ad Polonos accedimus, quos si hunc quidem probandi ritum spectes, primo statim loco nominandos habuissemus. Wagrios enim Slavos jamdum lites suas ferri judicio permisisse tradit HELMOLDVS, Presbyter Bosoviensis, in *Chronico Slavorum.* (a) De usu autem sequioribus temporibus recepto expresse testatur CHRIST. HARTKNOCHIVS in *Chronico Borussiæ*, (b) idemque confirmat ALEXAND. GAGVINVS in *Sarmat. Europ.* (c) Scilicet observat ex CROMERO, FRANC. MARINIVS, Polonus, *jure simplicissimo Polonos primis temporibus usos fuisse, atque controversias a Principibus ex æquo & bono aut singulari nonnunquam certamine dijudicatas fuisse. Palatinorum deinde tempore leges paucissimas ex observatione saltem viguisse. Tandemque Jus Saxonicum in Poloniam introductum, eoque uti specialiter urbi Cracoviensi a Boleslao concessum fuisse, donec sub Alexandro Rege suasu Pon-*

(a) L. I. p. 188.

(b) Part. II. Cap. VII. p. 549. lit. A. Belangend die Gerichte, so ists auch gewiß daß die ersten Fürsten in Pohlen nach ihren Gefallen wie sie es billig zu seyn vermeinet die streitigen Sachen unter ihren Unterthanen entschieden Es ist auch das Faust-Recht wie bey andern angräntzenden Ländern üblich gewesen. Denn wenn eine schwere Sache vorkommen, die der Richter nicht schlichten konte, musten sich die streitenden Partheyen drum schlagen / wer alsdenn den andern überwältiger, der hat das Recht gewonnen.

(c) pag. 29.

Digitized by Google

Pontificis Romani quatuordecim articuli Statutis Regni Poloniæ inſerti, abrogarentur, de quibus prolixius videatur laudatus MARINIVS. (d) Ex qua relatione abunde colligere licet uſum hujus judicii ſimul cum iſtis articulis fuiſſe ſublatum, de quo vide infra C. III. §. 12.

CAPVT III.

De Judicio duellico apud Germanos.

Conſpectus Capitis.

§. *I. Fuiſſe judicium duellicum apud Germanos.* §. *II. Vnde ad illos devenerit.* §. *III. quid de eo in Germania antiqua.* §. *IV. quid in media appareat.* §. *V. quibus in caſibus fuerit adhibitum.* §. *VI. Singularia duellorum.* §. *VII. Caſus duelli ordinarii.* §. *VIII. Exceptio a regula.* §. *IX. Vſus ejusdem in civilibus.* §. *X. in criminalibus.* §. *XI. Modus judicii in Germania obſervatus.* §. *XII. De ſublatione Pontificia.* §. *XIII. Privilegiis Civitatum duellicis.* §. *XIV. Edictis contra duella latis.* §. *XV. Concluſio.*

§. I.

(d) In *Diſſ. de Scopo Reip. Polonicæ adverſus Hermannum Conringium.* Vratisl. 1665. 12. ed. p. 125-129. ſeqq. Autor fictitio utitur nomine, nec quis fuerit conſtat; prodiit tamen eodem anno *de ſcopo Reip. Polonicæ & domo Auſtria adverſus Franc. Marinium Polonum libellus, quo Vir ſummus Hermannus Conringius ab ineptiis & calumniis vindicatur* in 12.

Digitized by Google

§. I.

EXhibitis hactenus gentium Europæarum circa judicium duellicum institutis specialibus nunc Germanorum mores enarrandi veniunt; quippe quibus illud, si non ipsam originem, formam tamen aliis etiam gentibus receptum (a) debere videtur. Neque enim ratio dubitandi apparet Germanis non æque ac aliis populis morem hunc probandi admodum arrisisse præcipue cum fortitudo eorum bellica TACITO jam in integro *de Germanorum moribus* Tractatu (b) late deprædicetur, tum ita de illis SENECA (c) sentiat: *Quid Germanis animosius, quid armorum cupidius, quibus innascuntur, innutriunturque, quorum una illis cura est, alia negligentibus?* Hinc que sane mirandum minime est Germanis iteratos Duellorum actus in jus tandem consuetudinarium cessisse, atque adeo judicium hoc posthabitis aliis probationibus, in foris illorum frequentari cœpisse.

§. II.

Altius vero ut rem repetamus, id maxime probabile videtur a Cimbris ad Germanos Jus duellicum devolutum esse. (a) Longa equidem inter eruditos de Cim-

(a) Sic a Germanis in Italiam & Galliam importatum documento esse potest Lex Alemannorum Tit. 85. & Lex Friderici II. Constit. Sicular. L. II. Tit. 32. ex collectione ANDREÆ DE ISERNIA p. 174.

(b) & *Annal.* XV. c. 1.

(c) *de Ira.* L. 1. c. XI.

(a) quam sententiam pariter fovet ingeniosissime pro iudicio

Digitized by Google

Cimbrorum gentis origine verſatur diſputatio, (b) quam nunc aliis diſcutiendam relinquimus, aſt nec ii rem male tetigiſſe mihi videntur, qui eorum Etymologiam a Germanico vocabulo Kimber, Kemper ſeu Kempfer arceſſunt. Hinc & Jus duellicum das Kampff-Recht vocatum eſſe innuit GRYPHIANDER. (c) Dum igitur a pugnis & virtute bellica (d) nomen Cimbris inditum, deque illorum in Germaniam migrationibus abunde conſtet, (e) nemini facile dubium erit, aut

---

duellico differens Sileſiæ olim decus LOHENSTEINIVS in *Arminio* Part. II. L. III. p. 547. 551.

(b) Plurimi Cimbros a Gomero (de quo vid. IOSEPHVS *Antiqu. Jud. L. 1. c. 6.*) & nomen & originem ſumſiſſe ſtatuunt quales ſunt LAZIVS *de migrationibus Gent.* L. III. & qui eum defendit NICOLAVS PETREIVS *de Cimbrorum & Gothorum originibus &c.* Lipſ. 1695. in 8. ROBERTVS SHERINGHAM *de Anglorum gentis origine* (Cantabrigiæ 1670. in 8.) nomen a Germanorum kempffen illis concedit, originem vero a Comero traxiſſe integro III. & V. cap. erudite pernegat. Singularem plane de eorum origine & denominatione ſententiam fovet OTROKOCSI, Hungarus, *in Originibus* HVNGARICIS (Franeckeræ 1693. in 8.) Part. II. p. 156. Omnem eorundem originis inquiſitionem flocci pendit MOLLERVS in *Iſagoge ad Cherſoneſum Cimbricam* P. I. c. 3. §. 1. 2.

(c) *de Weichbildis Saxoniæ* c. 42. n. 8 - 13. edit. Argent. 1666. in 4. p. 106. conf. 45. n. 16. 17. itemque Cap. 56. n. 3. & ſeqq.

(d) Hinc ſupra citatus SHERINGHAM non incongrue illos taxat qui Cimbros Latrones extitiſſe velint, cum, ſecundum FESTVM, milites antiquitus latrones vocarentur.

(e) Vid. HIERON. CYPRAEVS *de origine, nomine, priſcis ſedibus, &c. & migrationibus Saxonum Cimbrorum* &c. Hafniæ 1622. in 4. & inprimis STRABO *Geograph. L. VII.*

Digitized by Google

aut Germanos hocquidem judicii genere uti ab iis edoctos fuisse: aut ipsos ejusdem inventores una cum iis extitisse.

§. III.

Hujus igitur Judicii in antiquissima Germania vestigia si quæras; utique quædam licet rariora apparent. Spectare huc videtur VELLEIVS PATERCVLVS (a) quippe teste *Germani fictas Varo gratias agebant, quod lites Romana Iustitia finiret, & solita armis discerni Iure terminarentur.* Præterea & illud memorabile existit: quod Gallorum Druides aliquando delecti fuerint, aliquando successerint meritis, aliquando de principatu armis contenderint: uti refert J. CAESAR *de bello gallico L. VI.* Etenim si STRABONEM *L. VII.* audiamus; Germani & forma & moribus & victu adsimiles erant Gallorum, ita ut facile illud & de his capias. Confirmat hoc clarius POMPONIVS MELA, *L. III. de situ orbis*, qui illos jus in viribus habuisse testatur. Neque illud oblivioni involvendum existimem, illos etiam per pugnam de futuro bellorum eventu cognovisse, quod notavit TACITVS *de M. G. c. X.* insuper tradens: Crebras apud eos rixas raro conviciis, sæpius cæde & vulneribus transigi. *c. XXII.*

§. IV.

De mediis equidem Germaniæ temporibus (a) LEHMANNVS (b) testatur: Wer seine Unschuld mit

(a) *Histor. Rom.* L. II. c. 18.

(a) quorum primordia a Trajani ætate derivat HACHENBERG *in Germ. media.*

(b) *In Chronico Spir.* L. II. c. 30.

Digitized by Google

Zeugen nicht erweiſen können oder wollen, der hat noch dieſen Weg vor ſich gehabt, daß er gegen den Kläger durch einen öffentlichen Kampff ſeine Unſchuld ausfindig machen können. Id quamvis omnino verum ſit a Trajani tamen ætate usque ad ævum Caroli M. ob implicatos tunc bellis Germaniæ populos, Scriptorumve coævorum defectum, parum de modo formaque hujus Judicii conſtare poteſt, niſi quod in Dagoberti Francorum Regis legibus variæ de Campionibus Conſtitutiones inveniantur, quas huc trahere liceat, quæve videri poſſunt in Capitularibus Regum Francorum. (c) Frequentiora ejus rei veſtigia, in legibus Caroli M. & ſucceſſorum ejus deprehendas, quippe a quo ita in Capitularibus ejusdem ſancitum eſt: (d) Ut *ſi aliquis alterius ſacramentum falſum dicere voluerit, cum armis contendat*; itemque (e) *Si aliquis contendere voluerit in Judicio aut in Campo aut ad Crucem licentiam habeat*, ut plures ejusmodi leges a Ludovico Pio ſequentibusque Imperatoribus conſtitutas, quas inferius allegandi occaſio dabitur, ſilentio nunc involvam. Illud tamen meminiſſe juvabit, illis imprimis temporibus frequenter duella religionis pro-

(c) quæ ex collectione Illuſtris STEPH. BALUZII nitidiſſimis typis Pariſiis 1677. in fol. prodire. ubi vid. Tom. I. p. 134. 135. Tit. 16. & 17. p. 126. tit. 12. p. 132. tit. XV. p. 103. tit. XII. p. 117. tit. III. *Si majorem pecuniam furaverit duo campiones pugnent.*

(d) Lib. III. capitul. XLVII.

(e) *in Append. Capit. Car. M.* App. Secund. cap. XXXIV. p. 797.

Digitized by Google

probandæ cauſa ſuſcepta fuiſſe. Sic eidem Carolo M. referente illud ex TVRPINO, (f) ANTON. COCCIO SABELLICO, (g) Aigolardus Saracenorum in Hiſpania Rex offerebat, *ut Saraceni, Gallique per partes dimicarent, quo eventus declaret, utra fides Deo eſſet gratior.* Iisdem temporibus Rolandus, Caroli ex Sorore Nepos, cum Ferracuto, Gigante Mahumetano, poſt proelium de fide diſputans in acre certamen deſcendebat, quod pariter deſcribit citatus antea TVRPINVS & recenſet WOLFIVS; (h) quo forſan & referri poteſt ſingulare certamen, quod ſub Henrico Aucupe anno 930. civis quidam Ratisbonenſis cum Cracone infideli exercitus Hunnici præfecto iniit, illumque neci dedit. (i)

§. V.

Inquirenti nunc jam quibusnam potiſſimum caſibus in Germania locum hæcce habuerit probatio, præter caſus paſſim in Diſſ. jam allegatos id maxime ſingulare mihi viſum eſt, ut etiam in publicis cauſis & ipſis imperii civilibus negotiis duellum adhibitum fuerit. Hujus rei exemplum (a) ſub Ottone M. ſupra dedi-

 mus.

(f) *de geſtis Caroli M.*

(g) *Ennead.* VIII. L. 8, edit. antiq. fol. 58. 59.

(h) L. I. *memorab.* fol. 122. Mentionem ejusdem quoque fieri videbis in *Republ. German. Elzevir.* p. 205. 206.

(i) Vid. ZIEGLERVS im Schauplatze der Zeit p. 53.

(a) Vid. de eo pecul. libello HOTTMANNVS *in diſp. de controverſia ſucceſſionis regiæ inter patruum & fratris præmortui filium.* ann. 1581. in 8. edit. & Opp. Tom. III. p. 146. recuſa.

Digitized by Google

mus, (b) Imo ipſe Imperator pugnæ aleam ſubire non dubitavit, cum enim Johannes XIII. P. M. ab eo deficeret, Legatos ad pontificem miſit, illisque in mandatis dedit, ut juramenti præſtandi vel duelli ineundi oblatione cauſam ſuam agerent, prout ex LVITPRANDO (c) refert BESOLDVS. (d) Eadem facilitate in duellis concedendis fuiſſe Ottonem II., Hiſtoriarum monumenta probant. Ita enim M. HENR. BVNTINGIVS *in Chronico Brunſuicenſi* (e) de eo narrat; *Eum comitia Magdeburgi celebraſſe, ibique a Waldone quodam, qui Ottoni in deliciis erat, Geronem Comitem ab Alsleben ad*

(b) Cap. I. §. VIII. Cui ob ſimilitudinem adjungere liceat Edmundi & Canuti de Regno certamen, quod ſupra §. VII. hujus capitis tetigimus, & de quo præter ibi allegatos conf. CAMBDENVS *in Britania* (Londini 1595.) p. 268. Nec fortaſſe ingratum erit ex STVMPFII *Chronico Helvetiæ* fol. 178. adduxiſſe exemplum fratrum, uter regno nomen inderet, pugnantium, ita enim ille: Schwyterus der dritte hat mit den gröſſern Theil Schwedier beſeſſen das Land Schwytz, und das nach ihm benennet Schwytz, und die Landleute Schwyter. Er hat einen Bruder, genennt Tſchey, der wolt das Land nach ihm nennen, des kamen beyde Brüder zu einen Kampff; Schwyter lag ob, ſchlug ſeinen Bruder Tſchey zu todt, deßhalb ſein Nahm fürbrach, das geben nicht allein die alten Chronicken, ſondern auch das uhralte Gemählde zu Schwytz Anzeignung,

(c) L. VI, c. 6.

(d) in *Sinopſi Hiſtor.* c. XVIII. p. 318.

(e) & *Luneburgenſ.* p. 98. edit. quæ Magdeb. 1620. in fol, cum continuatione HENR. MELBOMII prodiit.

Digitized by Google

Da ſtatt wie Man vnd Frowen mit ein ander kampffen ſollen. Vnd ſtend hie In dem Anfang

)a ſtatt die rowFry vnd il ſchlahen nd hat ain ain In dem hleer wigt . oder fünf ſund.

So ſtatt er In der Gruben bis an die Mitbin vnd iſt der Kolb als lang als Ir der ſchleer von der Hand.

Digitized by Google

ad Imperatorem delatum fuisse, qui ipsos duello iusserit congredi, ut inde justitiæ causæ cognosceretur. In eo certamine cecidisse ambos, nihilo tamen minus Imperatorem Geroni caput amputandum corpusque avibus cibum relinquendum curasse. Quamvis defuncti filia Adele ad pedes Cæsaris pervoluta sepulturam Parenti impetraverit, omnes autem possessiones suas Sacrario Magdeburgensi consecraverit. (f)

§. VI.

Nec minus singularem meretur observationem iisdem Ottonum temporibus frequentata de objecto læsæ pudicitiæ aut commissi adulterii crimine sese purgandi consuetudo, quæ Seculo jam VII. ut lex a Rothari, Longobardorum Rege introducta erat, argumento tit. LXXVI. L. II. LL. Longob. *Si quis alii de uxore sua crimen injecerit, quod cum ea fornicasset, liceat ei, cui crimen mittitur, per campionem se purificare;* qualiter *Chuonradus, filius Eberhardi Comitis, qui cum quadam nepte Regis se concubuisse sibi imposuerat, a quodam Burchardo Saxonico, monomachia victus fefellisse se patefecit*, inquit REGINO. (a) Tali etiam ratione Gunildam natione Anglam Henrici III. Imperatoris Conjugem, adulterii accusatam, perque nanum contra immanis staturæ hominem mirabiliter defensam ab Impe-

(f) Conf. IOH. CONR. DIETRICHIVS *in Imperatorum Germanicorum Familiæ Saxonicæ Historia Augustæa.* Giss. Hassor. 1666. in 4. ubi p. 55-77. tam de hoc facto quam de integra præsenti materia operose tractat.

(a) *In Chronico*, L. II. ad annum 950. p. 440.

Digitized by Google

Imperatore vero nihilominus repudium paſſam Veſtæ atrium ingreſſam memorat JOH. BROMTONE. (b) Ex eadem cauſa, quantum quidem conjectura aſſequi licet illa duella promanaſſe reor, quæ olim inter virum & uxorem ſingulari ritu inſtituiſſe moris fuit, qualis obiter mentionem injicit STVMPEIVS *in Chronico.* (c)

§. VII.

Atque hæc quæ hactenus adduximus, rariora fere ſunt, & illuſtribus potiſſimum recepta; latius vero utique ſe extendebat in Germania media duellorum uſus. Adeo ut fere in plurimis ſi non in omnibus contro-

---

(b) *In Hiſtor. Anglic.* p. 933. Alias etiam in eodem priori caſu haud infrequens erat per ignitos vomeres aut ferreas laminas ſeſe purgandi ratio, cujus rei exemplum habes in Kunigunda Henrici II. conjuge, de cujus tamen innocentia diverſum ſentiunt Viri eruditi vid. SCHVRTZFLEISCH in Pec. diſſ. & GVNDLING in Otiis.

(c) f. 250. **Im Jahr des Herrn 1288. am Tag Januari geſchah zu Bern an der Matten, da itzo die groſſe Kirchhoffmauer ſtadt, ein Kampff, zwiſchen einen Mann und ein Weib, das Weib lag ob und gewann den Kampff.** Meminit illuſtris Thomaſius in Diſſertatione *de Conſtitutione Criminali Carolina.* MSti cujusdam Codicis in Bibliotheca Guelpherbytana reperiendi, in quo mores duellici inter marem & feminam uſitati, penna eleganter depicti exhibeantur. Præterea & nobis Codicem ejusmodi MStum in Ducali Saxo Gothana Bibliotheca videre contigit, hinc conſultum duximus curioſis Lectoribus ſchema primum ejusmodi conflictûs conjugalis cum Excerptis eo pertinentibus ad finem Diſſertionis appendicis loco exhibere.

Digitized by Google

troverſiis deficiente probatione alia locum inveniret; præcipue in iis, quæ caput vitamque hominis reſpiciebant. Et quidem duplex ejus uſus fuiſſe videtur, alius civilis, alius criminalis; ita ut criminalis iterum aliquando inculpationibus aliquando exculpationibus inſerviret. Regulam generalem tradere quis putaret legem Thuringorum (a) *A duobus ſolidis usque ad maximam compoſitionem in furto & vulneribus campus judicat.* Simile quid L. Alemannorum (b) ſtatutum erat, ut *ſi liber libero crimen aliquod mortale impoſuerit, & ad Regem aut ad Ducem eum accuſaverit, & inde probata res non eſt, niſi quod ipſe dicit, liceat illi alio, cui crimen impoſuit, cum tracta ſpatha, ſe idoneare contra illum alium.* Sed vero ſi hiſtoriarum monumenta conſulamus, uti ex jam dictis clarum eſt, facile liquet has regulas nimis adhuc particulares exiſtere, & caſuum hic contentorum paucitatem judicium noſtrum olim longe egreſſum fuiſſe.

§. VIII.

Equidem, ut eſſe ſolet, etiam hic varia fuit Gentium Germanicarum conſuetudo, quod utique curatioribus hujus rei indagatoribus obſervandum venit. Sic Ripuaria lege uſus non adeo multus extitiſſe videtur, cum ejus exercitium non niſi coram Rege frequentatum fuiſſe legatur. (a) Apud alios vero plura ejus-

(a) Tit. XVI. apud HEROLDVM p. 130.
(b) Tit. XLV. ap. eundem p. 70.
(a) vid. L. Ripuar. tit. XXXIV. apud HEROLD. p. 45. Tit. LXI. p. 53. Tit. LXIX. p. 55.

Digitized by Google

Cimbrorum gentis origine verſatur diſputatio, (b) quam nunc aliis diſcutiendam relinquimus, aſt nec ii rem male tetigiſſe mihi videntur, qui eorum Etymologiam a Germanico vocabulo Kimber, Kemper ſeu Kempfer arceſſunt. Hinc & Jus duellicum das Kampff-Recht vocatum eſſe innuit GRYPHIANDER. (c) Dum igitur a pugnis & virtute bellica (d) nomen Cimbris inditum, deque illorum in Germaniam migrationibus abunde conſtet, (e) nemini facile dubium erit, aut

---

duellico differens Sileſiæ olim decus LOHENSTEINIVS in *Arminio* Part. II. L. III. p. 547. 551.

(b) Plurimi Cimbros a Gomero (de quo vid. IOSEPHVS *Antiqu. Jud. L. 1. c. 6.*) & nomen & originem ſumſiſſe ſtatuunt quales ſunt LAZIVS *de migrationibus Gent.* L. III. & qui eum defendit NICOLAVS PETREIVS *de Cimbrorum & Gothorum originibus &c.* Lipſ. 1695. in 8. ROBERTVS SHERINGHAM *de Anglorum gentis origine* (Cantabrigiæ 1670. in 8.) nomen a Germanorum kempffen illis concedit, originem vero a Comero traxiſſe integro III. & V. cap. erudite pernegat. Singularem plane de eorum origine & denominatione ſententiam fovet OTROKOCSI, Hungarus, *in Originibus* HVNGARICIS (Franeckeræ 1693. in 8.) Part. II. p. 156. Omnem eorundem originis inquiſitionem flocci pendit MOLLERVS in *Iſagoge ad Cherſoneſum Cimbricam* P. I. c. 3. §. 1. 2.

(c) *de Weichbildis Saxoniæ* c. 42. n. 8 - 13. edit. Argent. 1666. in 4. p. 106. conf. 45. n. 16. 17. itemque Cap. 56. n. 3. & ſeqq.

(d) Hinc ſupra citatus SHERINGHAM non incongrue illos taxat qui Cimbros Latrones extitiſſe velint, cum, ſecundum FESTVM, milites antiquitus latrones vocarentur.

(e) Vid. HIERON. CYPRAEVS *de origine, nomine, priſcis ſedibus, &c. & migrationibus Saxonum Cimbrorum* &c. Hafniæ 1621. in 4. & inprimis STRABO *Geograph. L. VII.*

Digitized by Google

aut Germanos hocquidem judicii genere uti ab iis edoctos fuiſſe: aut ipſos ejusdem inventores una cum iis extitiſſe.

§. III.

Hujus igitur Judicii in antiquiſſima Germania veſtigia ſi quæras; utique quædam licet rariora apparent. Spectare huc videtur VELLEIVS PATERCVLVS (a) quippe teſte *Germani fictas Varo gratias agebant, quod lites Romana Iuſtitia finiret, & ſolita armis diſcerni Iure terminarentur.* Præterea & illud memorabile exiſtit: quod Gallorum Druides aliquando delecti fuerint, aliquando ſucceſſerint meritis, aliquando de principatu armis contenderint: uti refert J. CAESAR *de bello gallico L. VI.* Etenim ſi STRABONEM *L. VII.* audiamus; Germani & forma & moribus & victu adſimiles erant Gallorum, ita ut facile illud & de his capias. Confirmat hoc clarius POMPONIVS MELA, *L. III. de ſitu orbis*, qui illos jus in viribus habuiſſe teſtatur. Neque illud oblivioni involvendum exiſtimem, illos etiam per pugnam de futuro bellorum eventu cognoviſſe, quod notavit TACITVS *de M. G. c. X.* inſuper tradens; Crebras apud eos rixas raro conviciis, ſæpius cæde & vulneribus tranſigi. *c. XXII.*

§. IV.

De mediis equidem Germaniæ temporibus (a) LEHMANNVS (b) teſtatur: Wer ſeine Unſchuld mit

(a) *Hiſtor. Rom.* L. II. c. 18.

(a) quorum primordia a Trajani ætate derivat HACHENBERG *in Germ. media.*

(b) *In Chronico Spir.* L. II. c. 30.

Zeugen nicht erweiſen können oder wollen, der hat noch dieſen Weg vor ſich gehabt, daß er gegen den Kläger durch einen öffentlichen Kampff ſeine Unſchuld ausfündig machen können. Id quamvis omnino verum ſit a Trajani tamen ætate usque ad ævum Caroli M. ob implicatos tunc bellis Germaniæ populos, Scriptorumve coævorum defectum, parum de modo formaque hujus Judicii conſtare poteſt, niſi quod in Dagoberti Francorum Regis legibus variæ de Campionibus Conſtitutiones inveniantur, quas huc trahere licebit, quæve videri poſſunt in Capitularibus Regum Francorum. (c) Frequentiora ejus rei veſtigia, in legibus Caroli M. & ſucceſſorum ejus deprehendas, quippe a quo ita in Capitularibus ejusdem ſancitum eſt: (d) Ut *ſi aliquis alterius ſacramentum falſum dicere voluerit, cum armis contendat*; itemque (e) *Si aliquis contendere voluerit in Iudicio aut in Campo aut ad Crucem licentiam habeat*, ut plures ejusmodi leges a Ludovico Pio ſequentibusque Imperatoribus conſtitutas, quas inferius allegandi occaſio dabitur, ſilentio nunc involvam. Illud tamen meminiſſe juvabit, illis imprimis temporibus frequenter duella religionis pro-

(c) quæ ex collectione Illuſtris STEPH. BALUZII nitidiſſimis typis Pariſiis 1677. in fol. prodire. ubi vid. Tom. I. p. 134. 135. Tit. 16. & 17. p. 126. tit. 12. p. 132. tit. XV. p. 103. tit. XII. p. 117. tit. III. *Si majorem pecuniam furaverit duo campiones pugnent.*

(d) Lib. III. capitul. XLVII.

(e) *in Append. Capit. Car. M.* App. Secund. cap. XXXIV. p. 797.

probandæ causa susceptа fuisse. Sic eidem Carolo M. referente illud ex TVRPINO, (f) ANTON. COCCIO SABELLICO, (g) Aigolardus Saracenorum in Hispania Rex offerebat, *ut Saraceni, Gallique per partes dimicarent, quo eventus declaret, utra fides Deo esset gratior.* Iisdem temporibus Rolandus, Caroli ex Sorore Nepos, cum Ferracuto, Gigante Mahumetano, post proelium de fide disputans in acre certamen descendebat, quod pariter describit citatus antea TVRPINVS & recenset WOLFIVS; (h) quo forsan & referri potest singulare certamen, quod sub Henrico Aucupe anno 930. civis quidam Ratisbonensis cum Cracone infideli exercitus Hunnici præfecto iniit, illumque neci dedit. (i)

§. V.

Inquirenti nunc, jam quibusnam potissimum casibus in Germania locum hæcce habuerit probatio, præter casus passim in Diss. jam allegatos id maxime singulare mihi visum est, ut etiam in publicis causis & ipsis imperii civilibus negotiis duellum adhibitum fuerit. Hujus rei exemplum (a) sub Ottone M. supra dedi-

 mus.

(f) *de gestis Caroli M.*

(g) *Ennead.* VIII. L. 8. edit. antiq. fol. 58. 59.

(h) L. I. *memorab.* fol. 122. Mentionem ejusdem quoque fieri videbis in *Republ. German. Elzevir.* p. 205. 206.

(i) Vid. ZIEGLERVS im Schauplatze der Zeit p. 53.

(a) Vid. de eo pecul. libello HOTTMANNVS *in disp. de controversiis successionis regiæ inter patruum & fratris pramortui filium.* ann. 1581. in 8. edit. & Opp. Tom. III. p. 146. recusa.

Digitized by Google

mus, (b) Imo ipſe Imperator pugnæ aleam ſubire non dubitavit, cum enim Johannes XIII. P. M. ab eo deficeret, Legatos ad pontificem miſit, illisque in mandatis dedit, ut juramenti præſtandi vel duelli ineundi oblatione cauſam ſuam agerent, prout ex LVITPRANDO (c) refert BESOLDVS. (d) Eadem facilitate in duellis concedendis fuiſſe Ottonem II., Hiſtoriarum monumenta probant. Ita enim M. HENR. BVNTINGIVS *in Chronico Brunſuicenſi* (e) de eo narrat; *Eum comitia Magdeburgi celebraſſe, ibique a Waldone quodam, qui Ottoni in deliciis erat, Geronem Comitem ab Alsleben ad*

(b) Cap. I. §. VIII. Cui ob ſimilitudinem adjungere liceat Edmundi & Canuti de Regno certamen, quod ſupra §. VII. hujus capitis tetigimus, & de quo præter ibi allegatos conf. CAMBDENVS *in Britania* (Londini 1595.) p. 268. Nec fortaſſe ingratum erit ex STVMPFII *Chronico Helvetiæ* fol. 178. adduxiſſe exemplum fratrum, uter regno nomen inderet, pugnantium, ita enim ille: Schwyterus der dritte hat mit den gröſſern Theil Schwedier beſeſſen das Land Schwytz, und das nach ihm benennet Schwytz, und die Landleute Schwyter. Er hat einen Bruder, genennt Tſchey, der wolt das Land nach ihm nennen, des kamen beyde Brüder zu einen Kampff; Schwyter lag ob, ſchlug ſeinen Bruder Tſchey zu todt, deßhalb ſein Nahm fürbrach, das geben nicht allein die alten Chronicken, ſondern auch das uhralte Gemählde zu Schwytz Anzeignung.

(c) L. VI. c. 6.

(d) in *Sinopſi Hiſtor.* c. XVIII. p. 318.

(e) *& Luneburgenſ.* p. 98. edit. quæ Magdeb. 1620. in fol. cum continuatione HENR. MEIBOMII prodiit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ad Cap. III. §. VI.

Da ſtatt wie Man vnd Frowen mit ein ander kampffen ſollen. Vnd ſtend hie In dem Anfang

Da ſtatt die Frow Fry vnd vil ſchlahen ond hat ain ſtain In dem ſchleer wigt 4. oder fünf pfund.

So ſtatt er In der Gruben bis an die Mit hin vnd iſt der Kolb als lang als Ir der ſchleer von der Hand.

Digitized by Google

ad Imperatorem delatum fuisse, qui ipsos duello iusserit congredi, ut inde justitiæ causæ cognosceretur. In eo certamine cecidisse ambos, nihilo tamen minus Imperatorem Geroni caput amputandum corpusque avibus cibum relinquendum curasse. Quamvis defuncti filia Adele ad pedes Cæsaris pervoluta sepulturam Parenti impetraverit, omnes autem possessiones suas Sacrario Magdeburgensi consecraverit. (f)

§. VI.

Nec minus singularem meretur observationem iisdem Ottonum temporibus frequentata de objecto læsæ pudicitiæ aut commissi adulterii crimine sese purgandi consuetudo, quæ Seculo jam VII. ut lex a Rothari, Longobardorum Rege introducta erat, argumento tit. LXXVI. L. II. LL. Longob. *Si quis alii de uxore sua crimen injecerit, quod cum ea fornicasset, liceat ei, cui crimen mittitur, per campionem se purificare;* qualiter *Chuonradus, filius Eberhardi Comitis, qui cum quadam nepte Regis se concubuisse sibi imposuerat, a quodam Burchardo Saxonico monomachia victus fefelliſſe se patefecit*, inquit REGINO. (a) Tali etiam ratione Gunildam natione Anglam Henrici III. Imperatoris Conjugem, adulterii accusatam, perque nanum contra immanis staturæ hominem mirabiliter defensam ab Impe-

(f) Conf. IOH. CONR. DIETRICHIVS *in Imperatorum Germanicorum Familiæ Saxonicæ Historia Augustæa.* Gissæ Hassor. 1666. in 4. ubi p. 55-77. tam de hoc facto quam de integra præsenti materia operose tractat.

(a) *In Chronico*, L. II. ad annum 950. p. 440.

Digitized by Google

Imperatore vero nihilominus repudium paſſam Veſtæ atrium ingreſſam memorat JOH. BROMTONE. (b) Ex eadem cauſa, quantum quidem conjectura aſſequi licet illa duella promanaſſe reor, quæ olim inter virum & uxorem ſingulari ritu inſtituiſſe moris fuit, qualis obiter mentionem injicit STVMPEIVS *in Chronico.* (c)

§. VII.

Atque hæc quæ hactenus adduximus, rariora fere ſunt, & illuſtribus potiſſimum recepta; latius vero utique ſe extendebat in Germania media duellorum uſus. Adeo ut fere in plurimis ſi non in omnibus contro-

(b) *In Hiſtor. Anglic.* p. 933. Alias etiam in eodem priori caſu haud infrequens erat per ignitos vomeres aut ferreas laminas ſeſe purgandi ratio, cujus rei exemplum habes in Kunigunda Henrici II. conjuge, de cujus tamen innocentia diverſum ſentiunt Viri eruditi vid. SCHVRTZFLEISCH in Pec. diſſ. & GVNDLING in Otiis.

(c) f. 250. **Im Jahr des Herrn 1288. am Tag Januari geſchah zu Bern an der Matten, da itzo die groſſe Kirchhoffmauer ſtadt, ein Kampff, zwiſchen einen Mann und ein Weib, das Weib lag ob und gewann den Kampff.** Meminit illuſtris Thomaſius in Diſſertatione *de Conſtitutione Criminali Carolina.* MSti cujusdam Codicis in Bibliotheca Guelpherbytana reperiendi, in quo mores duellici inter marem & feminam uſitati, penna eleganter depicti exhibeantur. Præterea & nobis Codicem ejusmodi MStum in Ducali Saxo Gothana Bibliotheca videre contigit, hinc conſultum duximus curioſis Lectoribus ſchema primum ejusmodi conflictûs conjugalis cum Excerptis eo pertinentibus ad finem Diſſertionis appendicis loco exhibere.

Digitized by Google

troverſiis deficiente probatione alia locum inveniret; præcipue in iis, quæ caput vitamque hominis reſpiciebant. Et quidem duplex ejus uſus fuiſſe videtur, alius civilis, alius criminalis; ita ut criminalis iterum aliquando inculpationibus aliquando exculpationibus inſerviret. Regulam generalem tradere quis putaret legem Thuringorum (a) *A duobus ſolidis usque ad maximam compoſitionem in furto & vulneribus campus judicat.* Simile quid L. Alemannorum (b) ſtatutum erat, ut *ſi liber libero crimen aliquod mortale impoſuerit, & ad Regem aut ad Ducem eum accuſaverit, & inde probata res non eſt, niſi quod ipſe dicit, liceat illi alio, cui crimen impoſuit, cum tracta ſpatha, ſe idoneare contra illum alium.* Sed vero ſi hiſtoriarum monumenta conſulamus, uti ex jam dictis clarum eſt, facile liquet has regulas nimis adhuc particulares exiſtere, & caſuum hic contentorum paucitatem judicium noſtrum olim longe egreſſum fuiſſe.

§. VIII.

Equidem, ut eſſe ſolet, etiam hic varia fuit Gentium Germanicarum conſuetudo, quod utique curatioribus hujus rei indagatoribus obſervandum venit. Sic Ripuaria lege uſus non adeo multus extitiſſe videtur, cum ejus exercitium non niſi coram Rege frequentatum fuiſſe legatur. (a) Apud alios vero plura ejus-

(a) Tit. XVI. apud HEROLDVM p. 130.

(b) Tit. XLV. ap. eundem p. 70.

(a) vid. L. Ripuar. tit. XXXIV. apud HEROLD. p. 45. Tit. LXI. p. 53. Tit. LXIX. p. 55.

Digitized by Google

ejusdem succurrunt exempla; ita ut tuto credas, illa etiam inferioribus Judiciis Decisum commodasse; (b) quod antiquarum legum Decreta omnibus quidem modis, si diligenter inspiciantur, persuadent.

§. IX.

Sic enim L. Alemannorum cautum erat, ut mulier dotis suæ contradictori spatha tracta & pugna duorum æque ac per Sacramentum obsistere posset.(a) Imo apud eosdem hæreditates jure pugnæ explicatas fuisse testatur lex eorundem Alemannorum,quod GOLDASTVS (b) exhibet. Neque est quod hoc mireris, cum & superius tale quid jam fuerit commemorandum, & præterea Alemanni etiam in minoribus controversiis, ubi de agrorum terminis disceptabatur, illud usurparint. (c) Sic eodem modo Bojoariorum lege ad probandum, quod novi operis nunciatio facta fuisset, adhibitum pugnæ judicium legimus; quemadmodum & in probanda possessione usus ejusdem iis placuit. (e) Idem fecerunt Saxones, qui controversias de dominio terræ clanculum occupatæ campo dijudicari voluerunt.

(b) Nec obstat Sächs. Landr. L. II. tit. 2. verb. **Um ein Urtel mag man nirgend fechten denn vor dem Reich**; cum ibidem non de quavis controversia sed de judicio ab inferiori judice lato sermo sit.

(a) Vid. L. Alem. tit. 57. p. 73.

(b) *Rer. Alem.* Tom. II. Cap. LV. p. 25.

(c) Vid. L. Alem. tit. 58. p. 81. cum quo paria habet L. Bojoar. c. XV. tit. 5. p 108.

(d) vid. Cap. XV. tit. 6.

(e) vid. c. XXII. tit. 1.

Digitized by Google

runt. (f) Nec minus etiam in iis quæ ad procedendi modum in judiciis ſpectant, jus pugnæ alicubi placuit. Sic exceptionem rei judicatæ Bojoariorum lege (g) per pugnam defendi legas. Eodem modo mendacium teſtis pugna duorum repellebatur, (h) & appellatio campo erat defendenda, (i) æque ac nunc in judicio eam defendi neceſſum eſt.

§. X.

Quicquid autem hujus ſit; major tamen duelli uſus in purgandis vel detegendis criminibus apparet. Sic lege Bojoariorum (a) ille, qui, ac ſi contra Ducem ſuum *de morte ejus conſiliatus fuiſſet*, inſimulatus erat Dei judicio crimen ſemovere poterat, uti nec minus ille, qui, quod incendio nocuiſſet, perhibebatur. (b) In furto res adeo conſueta erat, ut etiam vaccæ furtum vel XII. Solid. tale quid mereretur; (c) imo ut aliis de omni furto hocce caperetur, uti SPECVLATOR SAXONICVS ſufficiens autor exiſtit. (d) Aequiparabatur etiam furto ſi quis ſervum alienum ad fugiendum

(f) L. Sax. tit. XV. p. 126.

(g) Tit. 95. p. 82.

(h) vid. L. Bojoar. Cap. 22. t. 2.

(i) Landr. L. II. art. 12. **Schilt ein Sachs ein Urtheil, er muß darum fechten ſelb ſieben ſeinen Genoſſen wider andere ſieben.**

(a) Cap. 2. Tit. 1. p. 89.

(b) L. Bojoar. cap. 13. tit. 4. itemque L. Thuring. tit. 9. p. 129.

(c) L. Bojoar. c. 12.

(d) L. I. art. 39. Landr. verb. **oder mit Kämpffen ſich zu erwehren.** De furto meſſis conf. L. Bojoar. c. XV. tit. 6.

perſuaſiſſet, ſi L. Bojoariorum audiamus. (e) Homicidium, uti homicidium promereri videbatur, ita præcipue pugna dignum judicatum fuit. (f) Veneficium quoque mulieris contra maritum per campiones tollebatur. (g) De vulneratione, calumnia, aliisque ut taceamus.

§. XI.

Modum ſi quæras judicii noſtri, quem Germani ſequuti fuerint, ablegandus eris ad ea quæ ſuperius dicta ſunt, (a) quæque hic repetere ſupervacaneum judico. Quamvis enim adeo expeditum non ſit, an ibidem recenſitæ ſolennitatum circumſtantiæ ubique obtinuerint locorum (quis enim omnium provinciarum conſuetudines ſpecialiſſimas cognitas haberet?) illud tamen extra dubium exiſtere poterit, quædam adeo fuiſſe comparata, ut ſuppoſito fine judicii duellici ab eodem haud potuerint ſeparari. De Germanis, quorum cauſa inprimis hoc ſcriptionis ſuſceptum eſt, illud

---

(e) Cap. XV. tit. 7.

(f) L. Alem. tit. 90. p. 81. quod etiam de ſequiorum temporum conſuetudine SPECVLATOR SVEVICVS confirmant. Land-Recht. Cap. 115. cum quo conf. SPEC. SAXON. L. I. art. 64. Ladr. Add. Ej. Landrechts Richtſteig. Cap. 32. Conf. 2. Feud. 27. de pac. ten. Pertinet etiam huc Imperatoris Henrici Conſtitutio, qua Vaſallo ſi a pari, ſive Convaſallo, *quod dominum ſuum interfecerit, vel vulneravit, vel obſederit, vel cucurbitaverit accuſaretur, ut per pugnam ſe defendat contra provocantem permittitur* V. Feud. 2. *de cauſ. amitt. feud.*

(g) Vid. L. Thuring. tit. XV.

(a) Cap. I. §. 5.

Digitized by Google

illud hdhuc eſt commemorandum: tempus antemeridianum fuiſſe ad pugnandum requiſitum, ita ut contra illum, qui pomeridiano tempore provocaret, juſta daretur exceptio. (b) Eodem modo conſueta erat termini ſex Septimanarum conſtitutio; niſi actor exceptionem termini nimis anguſti expectare vellet. In perſonis eundem Statum deſiderabant, neq; ſuperior, ut cum inferioribus dignitate manus conſereret, adigebatur. (c) Hinc & pugnaturus quatuor generationis ſuæ gradus indicare tenebatur. (d) Cæterum & hæc notabilis erat reſtrictio, quod agnatis usque ad quintum gradum pugnam inire prohiberetur. (e) Erant

(b) Vid. Schwäb. Landr. Cap. vom Kämpffen. Edit. MEICHSNER. fol. 39. verb. Spricht ein Mann einen kämpfflichen an, nach mittem Tag, er wiederte das wol. Concordat Sächſ. Landr. L. I. art. LXIII. & Weichb. art. XXXV. Idem obtinuit in Franconia, ſic enim habet Codex MSCtus ſupra allegatus p. 162. Doch daß der Kampff geſchehe zu rechter Tagzeit, als das Recht erkant, daß der vor Mittag angefangen werde.

(c) Teſtatur hoc *Specul. Saxon.* im Sächſ. Landr. Ein yetlich Man mag ſich Kampffs widern dem der würß geborn iſt. Der aber baß geborn iſt, den kan der würß geborn, nicht vorlegen mit der beſſern gebott ab er in anſpricht. Conf. Weichb. Loc. cit. itemque Schwäbiſ. Landr. eod.

(d) Schwäb Landr. Cap. der einen Genoſſen kämfflich anſpricht fol. XI. cum quo convenit *Jus Sax.* loc. cit.

(e) Vid. Schw. Landr. Cap. vom Kämpffen. fol. 39. Sächſ. Landr. l. c. & inprimis Weib. Recht. art. 35. verb. Kampffes mag ſich auch ein Mann wegern, gegen ſei-

præter hæc plura neceſſariæ apud Suevos & Saxones obſervationis, quæ huc transſcribere nec vacat, nec juvat, cum a quolibet ſuis in locis evolvi mereantur. (f)

§. XII.

Hæc cum ita ſe habeant, facile eſt judicatu, quam frequens fuerit judicii duellici apud Germanos uſus. Certe adeo hic placuit mos, ut ex Germanis nemo etiam Chriſtiana fide recepta abolitionem ejus meditaretur nec injuſtitiæ illud inculparet. Imo quod mirere non ſolum Laici verum & Clerici, quorum tamen lateri gladius minus aptus videri poſſet, (a) eodem utebantur. Per multa hujus generis adduci poſſent exempla, brevitatis tamen gratia liceat ad eruditum ZIEGLERI (b) *de Juribus Majeſtatis* tractatum remittere, qui ex PETRI Abbatis Cluniacenſis libro *de miraculis* inſigne hujus rei exemplum de Gerardo Monacho

&

---

ne Magen, ob er das gewert auf den Heiligen/ daß ſie alſo nahent freundt ſeind. (Schw. Landr. addit. daß ſie zu der fünfften Sippe einander gefreindt ſind) daß ſie durch Recht der Magſchafft willen nicht fechten ſollen.

(f) Vid. Schwäb. Landr fol. 39 - 42. Sächſ. Landr. L. I. art. 48. 49. L. II. art. 12. & Weichbild. art. LIII. & art. 81. ibique Gloſſ.

(a) Vnde æque ridiculum ac barbarum videtur votum *Alachis Tyranni, qui cum Zenonem Diaconum Ticinenſem, Regis Cuniberti armis pugnantem, interfeciſſet, Cunibertum ſe occidiſſe putans voverat, ſe ſi victor evaderet, puteum Clericorum teſticulis repleturum,* quod ex DIACONO *de geſt. Longob.* obſervat. ZIEGLERVS loc. mox cit.

(b) L. I. c. 33. §. 22. 23.

& ejus Præposito profert. Nec pœnitebit GONZALEZ TELLEZ (c) Commentarium ad Decretales evolvisse, qui ex ADREWALDO Floriacensi, pugnæ clericalis meminit, ubi *post sacramenti fidem scutis ac baculis decertando* finis controversiæ impositus est. Regulariter alias Clericorum dissidia per pugnas campionum sopita fuisse LIGNANVS vult, (d) quod tamen postea cum omnis Clericis dimicatio interdiceretur abrogatum est. (e) Ere scilicet sua magnopere futurum arbitrabantur Pontifices, si modum hunc probandi summi criminis insimulantes loco vulgaris probationem Canonicam in fora secularia introducerent. Quod ipsum ex Decretis ipsorum Corpori Juris Canonici insertis abunde liquet. (f) Et quidem prudenter admodum rem aggrediebantur, dum specioso uterentur argumento *quod spontanea confessione publicata delicta ipsorum regimini sint commissa, occulta vero Deo relinquenda.* (g) Ast aliam subfuisse causam supra Cap. I. §. XII. ostendimus. Variis itidem in ejusdem abrogatione incedebant gradibus, dum distinguebant inter Clericum qui alicui sponte duellum obtulerit, & illum qui obla-

(c) in L. V. Decretal. tit. 35. *de purg. vulg.* p. edit. Franc. 1690. in fol. 535. conf. ad Tit. XIV. de Cler. pugn. n. 8. p. 265.

(d) Cap. IX. n. 2. per Lombard. *qualiter quis se defendit*, I. fin. *conf. Gloss. ad* Weichbilde. Art. 35.

(e) vid. tot. tit. X. *de Cleric. pugn. in duello* conf. c. ex multa. 9. §. fin. *de voto & voti redemt.* & ibi. Dd.

(f) Vid. Caus. 2. qu. 5. cap. VII. & c. 20. *seu alio quolibet examine* cap. 22. *Monomachiam in lege non assumimus &c.*

(g) uti est in caus. 2. Qu. 5. c. 20.

Digitized by Google

oblatum ſuſceperit, de quo eſt Canon Concilii Lateranenſis III. ſub Alexandro III. anno 1179. habiti. (h) Et initio quidem ſaltem cavebant *ne monomachiæ vel judicia peregrina in ſacris locis vel cœmiteriis vel Epiſcoporum præſentia fierent*, uti ſancitum eſt in Statutis Concilii Pariſienſis de anno 1212. (i) Poſtea & Laicis ita infeſtum reddere conabantur, dum illis ſepulturam eccleſiaſticam denegarunt, quod ſtatutum eſt in Concilio Toletano ſub Sixto IV. anno 1473. (k) Maxime autem hic ſe memorandum fecit Gregoriorum nomen, quorum IX. (l) dum fulmen illum brutum in Speculum Saxonicum emitteret, articulos ſimul huc ſpectantes deteſtabiles reddere conabatur, quod etiam X. undecimusque comprobarunt. Donec tandem maximum huic rei pondus accederet; cum ſub Pio IV. anno 1563. in famoſo illo Tridentino Concilio (m) tum Principes duellum permittentes excommunicarentur, tum omnis duellaris dimicatio penitus tol-

---

(h) Quod vide in Tomis Conciliorum ex pretioſa collectione PH. LABBAEI Pariſiis publicata Tom. I. col. 1652. in append. e. V. VI. vel apud IO. CABASSVTIVM in notitia eccleſiaſt. f. 417.

(i) Part. IV. Cap. XV. vid. Tom. Concil. XI. fol. 79.

(k) Canone 20. Concilior. Tom. XII. Col. 1460. d. e.

(l) Equidem in banno hoc Speculo Saxonico ad finem ſubjuncto, quotus Gregorius is fuerit haud apparet, fuiſſe tamen IX. probat GRYPHIANDER *de Weichb. Sax.* c. 47. n. 6.

(m) Seſſ. 25. cap. 19.

Digitized by Google

tolleretur, quod poſt Decreta Pontificum Julii II. Leonis X. Clementis VII. Gregori XIII. (n) aliorumque Concilium Avenionenſe ſub Clemente VIII. ſollicitius confirmavit. (o)

§. XIII.

De noſtris temporibus ut cogitemus, neceſſum haud eſt, cum experientia doceamur, uſum antiquati hujus probandi morbis cum barbaris iſtis Seculis diu eviluiſſe. Illud tamen negligendum minime eſt, inter quarundam civitatum, in primis Imperialium privilegia hodienum veſtigia hujus judicii reperiri. Ita ut vel ipſæ urbes loca campeſtria (Kampff-Plätze) conſtitutæ fuerint, vel civibus eorundem ſpeciale de non evocando privilegium conceſſum ſit, **das Sie niemand kämpffen möge.** Judicium Campionum Noricum propterea celebre eſt, (a) nec non privilegium Norimbergenſibus a Friderico II. datum, (b) in quo cautum, ut *nemo aliquem civem loci illius duello impetere debeat in toto Romano Imperio.* Notanda imprimis de hoc

(n) in Bulla incipiente: *ad tollendum* edita anno 1582. nono Decembr.

(o) cap. LX. de duello Concil. Tom. XV. col. 1469.

(a) **Ordnung des Kampff-Gerichts des Burggraffthums zu Nürnberg** vide ap. VISCHERVM p. 218. ſeqq.

(b) quod extat apud LIMNAEVM L. VII. c. 35. n. 17. & WAGENSEILIVM *de civitate Noribergenſi* p. m. 253.

hoc Judicio duellico est urbs Hala in Suevia, duellis Nobilium ibi institutis multum nobilitata. (c) Herbipolim in Franconia judicio hoc celebrem MSCtum operi adjectum docet. Onolsbacum eodem nomine insignem tradit MVNSTERVS. (d) Forte de Basilea idem dixeris. (e) Magno non minus numero privilegia contra duella prostant, exemplo civitatis Rotenburgo-Tuberanæ, Francofurtanæ, Wormatiensis, Fridbergensis, Tremoniensis, Ratisbonensis, quorum excerpta apud DATTIVM (f) videri possunt.

§. XIV.

Remansit præter hæcce in animis hominum Germanorum amor admodum intensus erga hoc judicium, adeo ut paucissimi vindicandæ injuriæ causa judicia, plurimi vero duellum capesserent. Evanuit equidem judicium duellicum cum fine Seculi XV, ita ut abrogationi obnoxium amplius esse non potuerit, id tamen probe notandum, quod adhuc anno 1450. in judicio Rothwilensi adjudicatum tradat GOLDASTVS. (a)

Imo

(c) Quid ibi moris fuerit vide apud DOEPLERVM *in Theatro pœnarum* p. 112. seqq. SCHOTTELIVM *de Sing. Germ. Jur.* p. 524. seqq. conf. LIMNAEVS L. VII. c. 24. & *in Addit.* p. m. 209 210.

(d) *Cosmograph.* L. III. c. 305. p. 820. 821.

(e) Anno 1428. wurde in Basel ein Kampff zwischen einem Baselschen Ritter und einem Spanier gehalten, wovon siehe die Baßler Cronicke durch Christ. Wurstisen. Basel 1580. fol. 247.

(f) *de pace publ.* Cap. I. p. 4. 5.

(a) Tom. I. Reichssatzungen p. 315.

Digitized by Google

Imo magis memorabile eſt, quod SCHOTTELIVS (b) de Julio, Duce Brunſuico Luneburgenſi refert, eum in privilegio quodam Henricopolitano de anno 1579. conceſſiſſe, ut in neceſſariis cauſis ibidem loca ad pugnandum apta congreſſuris conſtituerentur. Hodie vix provinciam Principum Chriſtianorum invenias, a qua non omnis monomachia ſeveris pœnis ſit ſublata (quapropter ſuo jam ævo laudabile Matthias Imperator Edictum condidit, quod anno 1617. in arce Pragenſi publicari fecit, (c) Ferdinandus item III. anno 1651. de eadem cauſa tulit, quod a Divo Leopoldo anno 1667. renovatum eſt. (d) Merentur his addi, quæ in Saxonia prohibendorum duellorum cauſa magno numero evulgata ſunt, (e) nec non quæ Ducum Brandenburgenſium & Brunſuicenſium aliorumque de illis abrogandis extitetit cura. (f)

(b) 546.

(c) cujus tenorem vide in Reinkings Bibl. Polic. p. 665.

(d) quo & pertinet die Kayſerl. Reſolution über des Reichs Guttachten wegen der Duellen Anno 1668.

(e) Quale eſt Chur-Fürſtl. Sächſiſ. Mandat wegen des unchriſtlichen Ausforderns, Balgens und deſſen Beſtraffung den 30. Iun. 1650. & *Edict. Elect.* 19. Iulii 1665. 20. Sept. 1668. & 5. Oct. 1470. Gothaiſche Landes-Ordnung P. II. c. 4. tit. 8. p. 237.

(f) Spectat huc Chur-Fürſtl. Brandenburgiſ. Edictum wieder die Duella von 17. Sept. 1652. und 6. Aug. 1688. Hertzog Auguſti zu Braunſchweig und Lüneburg Edict wegen des Ausforderns, Rauffens, Balgens und Kugelwechſelns ſub dat. d. 29. Dec. 1646.

Digitized by Google

§. XV.

Ex hisce igitur, quæ hactenus tribus capitibus perſpicue, ut opinor, propoſita ſunt, ſatis apparebit, tum quid de judicio de quo ſermo fuit, duellico ſit habendum, tum qui apud Exteros æquæ ac Germanus mores circa illud fuerint. Judicium jam aliorum ſubibit judicium noſtrum, idque merito ac lubenter ſi modo non iniquum exiſtat. Iniquum vero non eſt diſſentire, iniquum non eſt ſuo abundare ſenſu. Nobis ut ſpero iniqua tractationis nota inuri non poterit, æquos itaque nobis ſpondemus judices. Valeant, qui ſtrictam majorum dictis in liberalium ſtudiis obœdientiam prætendunt, & omnia ad veteris præjudicii amuſſim comparata velint. Liberior nobis mens eſt, quo liberiorem hic actus judicandi facultatem nobis conceſſit. Nihil itaque nunc reſtat, niſi ut levem hunc laborem antiquitatibus inprimis Germanicis egregiam operam impendentibus denuo commendemus, atque eorum in indagendis prolixius hoc atque aliis ritibus auxilia imploremus.

Digitized by Google

MANTISSA.

EXhibet Curioſo Lectori Excerptum, quod Cap. III. §. VI. nota c. communicandum promiſimus. Continet ſcilicet liber ille MSCtus Ordinationes varias politicas & judiciales Epiſcoporum Herbipolitanorum, Godofredi & Johannis, Franconiæ Ducum, Seculo XV. latas, uti MSCtum ſub fine habet: Geſchen und mit unſerm uffgedruckten Inſigel verſigelt am Freytag vor Sant Dioniſien Tag nach Chriſti Gepurt Vierzehen hundert und ſieben und vietzigſten Jahre.

P. 151. leges Judicii duellici exhibentur, ſub titulo: Das Kampffgericht am Zentgericht. Wan mein gnediger Herr zu Kampff-Gericht ſitzet, ſo ſoll er ſitzen an dem Hoff Oſten nach darinn er yetzuud ſitzet. &c. Magis huc ſpectant, quæ p. 162. ſub titulo: Bitzinge habentur: Item der den Bitzing thun wille der ſoll die obgenannten drey Tag vor Gericht ſten, und wartende ſeyn ob im yemantz den Bitzing weren und im die Finger abſtoſſen wolle.

Item Welchen die Finger abgeſtoſſen würden der ſoll zu ſtund an mit gleycher Wer und Woth nvch Erkentnus des Rechten mit dem Abſtoſſer kempffen, und ſoll von beyden Teiln den Rechten Sicherheyt geſchehen, daß dem Kampff nachkummen werd nach Erkenntnüß des Rechten.

Item Ob ein Frau einem Mann die Finger abſtieſſe, und es zu dem Kampff in obberürter maßen kummen ſolt, ſoll es in ſolcher maß gehalten werden.

Item Mit solchen Unterscheid das man dem Man mitten in Kreyß ein Gruben mache, die dreyer Schue weytt sey im ringumb und als dief das sy im biß an den Nabel get, darin soll er sten und daraus kempffen gegen der Frauen, und soll ein Wer haben, nemlich einen Stecken forderlich zweyer Mans Daumen dick und einer Ellen lanck der sollen er drey haben ye einem nach dem andern durch seinen Grießwarten.

Item Die Frau soll haben einen Heßlen Stecken von einer Sumer Leyter ein was alt, und soll auch sein einer Elen langk, an und vor der Hant gleich des Mans Stecken langck und vorn daran sol gepunden seyn eine Wacke von einem Stayn der eines Pfunds schwer sey, und solle zusamnen umb wunden seyn in einem Stanchen mit einem Schweynen oder Roßen Remen in Kolben weyß und der sol sy auch drey haben, und ie einen nach dem andern gebrauchen durch ihren Grießwarten.

Item Wann der Mann nach der Frauen schlecht, und mit dem Schlage mit seyner Hand oder Arm die Erden rührt, so hat er ein Stangen verlohren, das ist einmal die Sicherheit verlohren, tudt es das zum andern mahl so hat er aber ein Stangen verlohren, die ander Sicherheytt und thut er das zum dritten mahl so hat er gantz verlorn den Kampff das die Frau über in mag lassen richten zum Tode ob sy wil oder mit iren Willen lassen bedingen, und darnach mit der Herrschafft und dem Gericht, und der Tod ist enthaupten.

Item Desgleichen were es daß die Frau nach dem

dem Man schluge, so er seyn Sicherung verfiel in obgerürter maße, thut sy das einmahl so hat sy auch ein Stangen verlohren, der Sicherheit thut sy das zum andern mahl so hat sy aber einmal ein Stangen verlohren, dut sy das zu dem drittenmal so hat sy den Kampff gantz verlohren, so mag als dan der Man auch über die Frau zum Tode lassen richten nach Erkentnuß des Rechten, ob er wil oder mit seinem Willen lassen bedingen, und darnach mit der Herrschafft und dem Gericht, der Frauen Tod ist lebendig begraben.

Item Der Frauen Kreyß darinnen sy seyn soll, soll seyn zehen Schuhe langck zu Ring umb von des Mans Gruben darin er ist.

Ne vacua maneret pagina, exemplar literarum diffidatoriarum, quales supra Cap. I. §. 2. exhibuimus, subiungere placuit:

HOchgeborner Furste und Herre, Her Wilhelm, Hertzoge zu Sachsen, Landgrave in Doringen und Marggrave zu Myssen. Ich Thyme von Hermansgrüne undt ich Eberhart von Uttenhoffe, und ich Levin Slegler lassen uwer Gnaden wissen, daß wir von wegen des Irluchten, Hochgebornen Fürsten undt Hern, Hern Friederichs Hertzogen zu Sachsen, Lantgraven in Doringen undt Marggrafen zu Meyssen, unsers gnedigen lieben Herrn uwer

Veyndt

Veyndt und aller uwer Helffer ſein wollen, undt zeyhen uns des in des obgenanten Fürſten Fride nnd Unfride, undt wollen des unſer Ere mit allen unſern Helffern kegen uwre Gnaden, undt den uwern wol bewaret haben. Gegeben unter meines Thymen von Hermansgrüne Inſigel, des wir ander mit gebrauchen.

Wiſſet Hochgeborner Forſte, Herr Hertzog Wilhelm, Hertzog zu Sachſen, Landgraue in Doringen undt Marggraue zu Myſſen, das wir Guntther Graue undt Here zu Manßfeld Fynt ſind Ern Apelß Vitzthumß zu Thamrod, wer es nu, das ir an ſrnen Gütern, wo dy gelegen weren, adder Namen hetten, ichtez zuvor teydinge hettet, und wir uch darane in einicherleye Schaden tetin, adder thun liſſen, wn ſich der Schade machte worde; adder zuqweme, darzu wollyn wir uch von detwegen nicht antworden, und wollen deß unſe Ere alzo met allin den, dy uns datzu behülfür ſind, adder werden, an uch bewart wollin haben. Gegeben am Fritage an der heilegen dreyer Könige Tage, der mynern Zal in denſelben und viertzigſten Jare verſegelt mit unſern Ingeſigel.

Digitized by Google

Digitized by Google

Österreichische Nationalbibliothek
+Z166020201

Digitized by Google